culo trāſierūt. Diabolus. n. dūꝫ man⁹ i
eū extēdit in quo nihil iuris hēbat. meri-
to amiſit in aliis p̄tāteꝫ. Alia cā q̄re xp̄s
ad inferos deſcēdit ē vt tāt⁹ eēt deſcēſus
q̄t⁹ eēt liberandoꝝ caſus p̄m⁹. n. hō ſic
in ſtatera liberi arbitrii poſitus erat vt poſ
ſet ad vitā eternā aſcēdere. vel ad mortē
deſcēdere ꝓut vellet. Sꝫ petō pacto ſic
alteꝝ brachiū ſtatere p on⁹ culpe dep̄ſ-
ſuꝫ eſt. vt eēt in imo inferni. alteꝝ vero i
ſūmo celi. Nō aūt aſcēderet depreſſum
niſi deſcēderet brachiū aliud. Deſcendit
ergo dominus vſqꝫ ad infernū vt hoieꝫ
captiuū eleuaret vſqꝫ ad celū. Tertia rō
eſt q̄re xp̄s deſcēdit ad infernū. ſ. vt ſicut
viuus fuerat lumē mūdi p p̄ſentiaꝫ cor-
poralē. ita mortu⁹ eēt iferni lumē p diui-
tatis maieſtatē. Quarta rō ē vt ideꝫ xp̄s
hoc exequeret̄ p efficaciā qd paſſiōe ſua
meruerat ſm̄ ſufficiētiā. Duo q̄ppe me
ruit p ſuā paſſionē. ſ. ſatiſfactiōeꝫ ⁊ ianue
apiōꝫ ⁊ idō hec duo effecit i deſcēſu ſuo
ad iferos. q̄r p ſatiſſactionē ſoluta ſūt iaꝫ
vincula captiuitatis. p apiōꝫ āt ianue fa
cta eſt illuſtratio ip̄i⁹ carceris etiā ſm̄ lu
cē exterioreꝫ. Liberauit āt xp̄s oēs illos q
meriti ſui capaces eē poterāt. ſicut fuerūt
ſci patres q nō pp̄ reatū pſone. ſꝫ ꝓpter
reatū nē tm̄ detinebant̄. Dānati āt hui⁹
meriti capaces nō ſūt. neqꝫ paruuli i libo
detēti. q̄r d̄ corpe xp̄i nō ſūt. nec p fideꝫ
nec p fidei ſacrꝫ. Dicēdū eſt ergo ꝙ aīa
xp̄i p triduū mortis ſue cū ſcis pr̄ib⁹ in
libo fuit. Ibidē fuit ⁊ latro cui dñs dixit
Hodie mecū eris in padiſo. q̄r noie pa-
radiſi intelligit̄ dei fruitio. q̄r pacta dei
paſſiōe. tā ip̄e latro q̄ꝫ alii q erāt in limbo
viderūt deū p eēntiā. Ad quē aūt iſernū
deſcēderit ſi ſcire volueris. nota ꝙ iſern⁹
ſumit̄ dupliciter. ſ. p pena ⁊ ꝓ loco pe-
ne ſm̄ p̄mū dr̄ ꝙ demones iſernū ſecū
portāt ſp. Itē ꝓut ſumit̄ p loco pene iſer
n⁹ q̄druplicit̄ diſtinguit̄. Unū ē infernus
dānatoꝝ in quo ē pena ſenſus ⁊ dāni. ac
tenebre interiores ⁊ exteriores. ſ. abſen-
tia grē. iſte ſp hꝫ luctū. Sup hūc locum
ē purgatori⁹ i quo ē pena ſenſus ⁊ dāni
⁊ ad tp̄s. ⁊ ſūt ibi tenebre exteriores ⁊ nō
iteriores. q̄r hñt grāꝫ ⁊ lucē iteriorē q̄ vi
dēt ſe eē ſaluādos. Supremꝰ locus inter
hec ē limb⁹ ſcōꝝ patrū vbi fuit pena dā
ni ⁊ nō ſenſus. ⁊ fuerūt ibi tenebre exte-
riores. ⁊ nō tenebre priuationis grē. Ad
hūc locū xp̄s deſcēdit. ac ſuos inde libe-
rauit ⁊ ſic infernū momordit. q̄r partem
abſtulit ⁊ partē reliqt. morteꝫ vero quo
ad electos penitus deſtruxit. ſic dr̄ Oſee
O mors ero mors tua. ero morſus tuus
o inferne. in Oſee. 13. Hic quoqꝫ locus ſi
nus. Abrae dicebat̄. q̄r. Abrahā ibi fuit.
Sꝫ nūc celū empireū ē ſin⁹. Abrahe. q̄r
iā ē ibi Abrahā. A nullo p̄dictoꝝ locoꝝ ē
trāſit⁹ ad aliū. niſi ꝙ oli a ſcdo fuit trāſi
tus ad q̄rtū hoc eſt a purgatorio ad lim
bū ſcōꝝ patrū. Ex iā p̄dictis pꝫ q̄re cā-
tamus. Libera aīas oīuꝫ fideliū defun-
ctoꝝ de penis iferni ⁊ de ꝓfundo lacu.
q̄r iſern⁹ ibi ſumit̄ p purgatorio. ſicut ⁊
ibi ſumit̄ ꝓ limbo qñ dī xp̄s ad inferos
deſcēdiſſe. Ex p̄dictis colligit̄ ꝙ xp̄s mor
tuus corpe deſcēdit ad inferos in aīa. ⁊
ſurrexit in vtroqꝫ. Dicēdū eſt ꝙ xp̄s il-
lo triduo totus fuit in ſepulchro. ſꝫ nō to
tū. ⁊ totus fuit in iſerno ſꝫ nō totū. q̄r to
tus dicit pſonā. totū vō dicit nāturā. Silr
dicēduꝫ ꝙ cū vnio aīe cū corpe faciat ho
minē xp̄s in illo triduo nō fuit homo. ſꝫ
aīa ⁊ caro vnita eēnt cū verbo.
De reſurrectione xp̄i. Cap. 23

c Chriſtus reſurrexit ſ̃a die a mor
tuis reſumendo corpus non tale
q̄le prius hūit. ſed ipaſſibile ⁊ im
mortale. Caro. n. xp̄i q̄ in natiuitate flo-
ruit. in paſſiōe aruit. p gl̃iaꝫ reſurrectōis
refloruit. ⁊ renouata eſt vt aqle iuuētus.
tūc leo catulū ſuū ſuſcitauit. ⁊ vt fenix re
uixit. tūc ſicut dī Jere. figulus ex codeꝫ
luto fracti vaſis fecit vas aliud ſicut pla
cuit in occulis eius. Tūc Jonas de ven
tre ceti illeſus exiuit. tūc veſtitū eſt cāde-
labrū auro. tūc ſuſcitatū eſt tabernaculū
dauid qd ceciderat. tūc refulſit ſol q prius
erat in nubilo. tūc viuificatū eſt granum
frumēti qd cadēs i terrā mortuū fuerat
tūc ceruus reſumpſit cornua. tūc Sāſon
tulit portas cū poſtib⁹. tūc Joſeph edu-
ctus de carcere tōdet̄ ⁊ cōſtituitur dñs
egypti. tūc cōciſſus ſacc⁹ circūdat̄ leti-
cia. Dñs ꝓbauit reſurrectōeꝫ ſuā eē ve
rā p angelos q nō mētiūtur. Mat. 28.
Rñdēs āt angelus dixit mulierib⁹. Itē
p inimicos quoꝝ validiſſimū eſt teſtimo
niū. Math. Ecce qdā de cuſtodib⁹ ve-
nerūt in ciuitatē. ⁊ nūciauerūt p̄ncipib⁹
ſacer. ⁊c. Itē ꝓbauit eā nō arte magica
factā. ⁊ hoc p comeſtionē. Itē nō eē fan
taſtici corpis. ⁊ hoc p tactū. Item ꝓba-
uit in eodē corpe quo paſſus eſt factā ⁊
hoc p oſtenſionē cicatricū. Itē ꝓbauit
eā fuiſſe in corpe glorificato vnito deitati
⁊ hoc p ingreſſuꝫ in domū ianuis clau-
ſis. Itē probauit eā multis appariciōib⁹
Apparuit. n. ip̄a die reſurrectōis q̄nqes
p̄mo marie magdalene. Jo. 21. Mulier
qd ploras. 2. mulierib⁹ redeūtib⁹ a mo
numēto. Mat. vl. 3. Petro. ſed nō inue
nit̄ modus. 4. duob⁹ diſcipulis eūtibus
in emaus. Luc. vl. 5. diſcipulis ꝯgrega-
tis pp metū iudeoꝝ qñ Thomas nō fu
it cū eis. Jo. 20. Itē apparuit inter reſur
rectionē ⁊ aſcēſionē q̄nqes. Prio Tho
me cū aliis. Jo. 20. 2. diſcipulis piſcātib⁹
ad mare tyberiadis. Jo. 21. 3. diſcipulis
in mōte thabor. Mat. vl. 4. in hieruſalē
5. qñ comedit cū diſcipulis. Mat. ⁊ Lu
ce vlt. ⁊ Actuū. 1. Multis de cauſis ſur-
rexit dñs. ſ. vt ſcripturas iplēret. qñ eniꝫ
dñs dixit Ecce aſcēdim⁹ hieroſolymaꝫ
⁊c. Luc. 18. ſubiūxit ⁊ die tertia reſurget
vt nos ad ſurgēdū ſpūalr ꝓuocaret. q̄r
turpe ē vt ſedeat ſu⁹ qñ corā eo ſurgit
dñs vt futurā ſſurrectōꝫ i ſe ꝓbaret. vt
potētiā ſue diuinitatis oſtēderet. q̄r mortu
os ſuſcitare nō eſt opus nāe. ſed dei po-
tētie. Nō eſt enim regreſſus a priuatiōe
ad habitū. vt nos ad ꝯtemnēda terrena
p adipiſcēda gloria aīaret. Surrexit xp̄s
velociter. q̄r tertia die. Nam ſicut ianuis
clauſis ad diſcipulos intrauit. ⁊ ſicut ſal-
ua v̄ginitate de vtero matris exiuit. ſic
eū mortuū nec petra i qua iacuit. nec mi
litū cuſtodia potuit retinere. integralit̄
q̄r in corpe ⁊ aīa. Socialit̄. q̄r multa cor
pora ſcōꝝ q dormierāt ſurrexerūt. Eter
naliter. Apo. ad ro. 6. Xp̄s reſurgēs ex
mortuis iaꝫ nō morit̄ ⁊c. Silr ſurgēdū
eſt nobis ſpūaliter ſicut eis modis reſur
gemus in die iudicii corporaliter. Reſur
rectio xp̄i eſt cā ⁊ figura nr̄e reſurrectio
nis ſpūalis. cā dico motiua. ⁊ hoc dr̄ q̄r
cā motiua eſt in cōparatione noſtre. Duꝫ
eniꝫ ꝯſideramus gloriā reſurrectōis xp̄i
mouemur ad ſurgēdum in nouitate vite

Jtē cū mortua eſt in cōſideratione dei pa
tris.qm̄ pr̄ dans reſurrectionē filio mo
uet ad dādā eādē gloriā fratribus ſuis.
ſicut rex qn̄ facit filiū ſuū militē mouet
amore filii vt cū eo faciat multos milites
figura vo fuit.q: ſicut xp̄s ſurrexit in no/
uitate vite.ita ⁊ nos in nouitate vite am
bulemus.Jtē ſicut diem reſurrectionis
xp̄i preceſſit dies mortis in paraſceue. ⁊
dies quietis in ſabbato ſequēti.ita ⁊ nſam
glorioſā reſurrectionem p̄cedit in nobis
mortificatio vicioꝝ. ⁊ quies cōtēplatōis
eternoꝝ.Nota q̄ ſicut duplex eſt mors
.ſ.aie p culpam ⁊ corporis p extinctionē
ita duplex eſt reſurrectio.ſ.aie p gratiā
⁊ corporis p gloriā. Et ſicut aie mors cau
ſauit morē corporis ſicut hētur.Gen.3.
ita ecōtra reſurrectio anime cauſabit re
ſurrectionē corporis glorioſā.Sciēdū q̄ q
dam reſuſitāt ficte ſicut Samuel q.lʒ ve/
re.Sauli apparuerit vt. habet .1.Re/
gum.72.nō tn̄ ve reſuſcitatus fuit .qdā
imꝑfecte ſicut Lazarus iterū moritur⁹
qdam ꝑfecte ſicut xp̄s ſemꝑ victurus
Prima reſuſcitatio.ſignificat cōuerſio/
nē ſine penitētiā hypocritaꝝ.Scōa re/
cidiuātiū.Tercia ꝑſeuerantiū.

De aſcenſione chriſti.

Caplm. 24

d Jfferētia eſt iter aſcēſionē. ⁊ aſſū
ptionē. ⁊ euolationē qm̄ aſcēſio ꝑ
tinet ad xp̄m.Aſſumptio ad beatā virgi
nē.Euolatio āt ad alios ſcōs.Et rō h⁹i
eſt qm̄ aſcenſio fit ꝓpria vtute aſcēdētis
Aſſumptio āt vtute xp̄i aſſumentis qua
filius obſequit matri.Euolatio vero fit
miſterio angeloꝝ . Alia ē differētia q: lo
cus euolātium eſt ſm diſtinctionē choro
rū.Locus vero aſſumpte virginis ē ſu
ꝑ choros angelorū.Locus xp̄i aſcenden
tis eſt ſupra vl' vltra locū aſſumpte vir
ginis.Circa aſcēſiōē xp̄i octo ſūt ꝯſide/
rāda q̄ circūſtāt aſcēſionē.⁊ colligunt ex
officio de aſcenſione.Primū eſt eleuat⁹
eſt videntibus diſcipulis vt deſiderium
veniēdi ad ipſū excitaret in eis.ſm eſt
q̄ nubes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ.ꝑ vm
bram nobis ſignat q̄ in hoc mortali cor
pore. Jheſū in altū videre nō poſſum⁹
tertiū q̄ eleuatis manibus ferebat in ce
lū.Eleuauit manus ꝓpter duo.ſ.vt ſu/
os pr̄i offerret.⁊ vt inimicos manu al/
te retracta ꝑcuteret.4.eſt q̄ bñdixit eos
cōtra hoſtem muniret.⁊ bonis celeſtib⁹
augeret.5.eſt q̄ aſcendit in iubilatōe qd̄
refert ad vocē iocūditatis redēptoꝝ aſcē
denciū cū ipſo q prius voce lachrimabili
in portis inferni clamauerūt. Aduenisti
deſiderabilis quē expectabamus.6.ē q̄
aſcendit in voce tube.qd̄ refert ad ſonū
p̄dicationis apoſtoloꝝ q ſonus fuit eis i
iunctus dicēte dn̄o.Euntes in mūdum
vniuerſū p̄dicate euāgelium omni crea/
ture. Mar.vlt.Ex tūc.n.in oēm terrā
exiuit ſonus eoꝝ.7.eſt q̄ aſcendēs in al
tum captiuā duxit captiuitatē.i.captiuos
in captiuitate inferni quos ſecum victor
eduxit.8.eſt q̄ dedit dona hoibus quia
oīa bona nr̄a deſurſū ſūt quo xp̄s aſcen
dit.Hoꝝ prima duo hnt̄ ex epiſtola. ſʒ
tertiū ⁊ qrtum euāgelii.Luce vlt.qntū
⁊ ſextū ex p̄s.ſeptimū ⁊ octauū ex epi/
ſtola pauli ad eph.4.Aſcēdit xp̄s egreſ
ſus ad celū multipliciter.ſ.tāq̄ ver⁹obe
diens cōpleta obediētia quo ad pr̄em tā
q̄ bonus mediator facta pace ⁊ ꝯcordia
quo ad hoies tāq̄ ſtrenu⁹ ꝓpugnator
ꝯtra demones.Aſcendit xp̄s ꝑlibus de
cauſis.ſ.ad qeſcēdū poſt labores qbus
fatigatus fuit triginta trib⁹ annis nobis
ſeruiēs ad intercedēdū ꝓ amicis ꝓ qbus
viliter laborauit.Ber.Securū acceſſū
habes o hō ad deū vbi hēs filiū media/
torē.⁊ mr̄ē mediatricē.filius oſtēdit pr̄i
latus ⁊ vulnera.Mater oſtēdit filio pect⁹
⁊ vbera.ibi nulla pōt eſſe repulſa . vbi
tot occurrūt amoris inſignia . Chriſtus
ergo optim⁹ aduocat⁹ ē q tot hʒ ligwas
ꝓ nobis loquētes qot ꝓ nobis vlnera
accepit.Ad cōqrendū de inimicis ꝓ qb⁹
vires ſuas inutiliter expēdit.Jſa.Jn va
cuū laborauī.Jtē aſcēdit xp̄s vt nobis lo
cū ꝑparet.Jo.16.Uado vobis parare lo/
cum.vt fiduciā hoc ipſū ſꝑandi nobis
tribueret vt in corporalē poſſeſſionē eter
ne hereditatis nos mitteret.Jo.13. Si.n.
nō abiero paraclytus non ve.ad vos.
Ut deſideriū nr̄ꝫ p⁹ ſe traheret. Cant.
Trahe me poſt te.Ut viā nobis ad celū
oſtenderet.q: ſicut dixit Lucas. Eduxit
dn̄s prius diſcipulos ſuos foras ciuitatē
in Bethaniā vt ipa eductione cognoſce
rēt hic nō hr̄e manentē ciuitatē.Qui āt
in bethania eduxit eos prius q̄ interp̄tat
domus obediētie ſignat q̄ ꝑ bonū obe/
diētie trāſituri eēnt ad celeſtia. Poſt h⁰
tranſire fecit eos in mōtē oliuaꝝ.vt per
mōtē intelligat eminētia ſpūs in ꝯtēpla
tione ꝑ oliuas āt pinguiſſimi pectoris de
uotio.Ulterius vo poſt iſta nō reſtat ni
ſi ſaltus aie in celū.Exaltatus fuit xp̄s
tripl'r.ſ.i tra ꝑ vite meritū.ſuꝑ terrā ꝑ
crucis ſuſpēdiū.ſuꝑ celos ꝑ aſcēſiōis iu
bilū.Aſcēſio xp̄i fuit āgelis mirabil'.Jſa.
63.Quis eſt iſte q venit d̄ edon tictis ve
ſtibus de boſra.demonib⁹ terribilis.i.
Reg.8.Nō fuit tn̄ gaudiū heri ⁊ nudi
us tertius.Ueh.nobis.Hec ſūt vba phi
liſtinoꝝ qn̄ vociferabāt filii Jſrael.dum
adduceret archa federis de ſylo i caſtra
vt ꝑ eā hērent diuinū adiutoriū in p̄lio.
Hoibus ſalutaris ſicut apparet ſupra ex
multiplici aſcēſiōe xp̄i.Aſcēdit xp̄s mul
tipliciter.ſ.potēter.q: eleuatis manibus
ferebat in celū. Patēter.q: vidētib⁹ illis
eleuatus eſt. Gaudēter q: aſcēdit in iubi
latione. Decēt.q: cū duab⁹ turmis re/
grediebat.ſ.hoiūʒ ⁊ angeloꝝ.Nō āt di
co q̄ ibi fuerit angeli in adiutoriū neceſ/
ſitatis.ſed in obſequiū dignitatis.Hoies
quoqꝫ illos dico quos de inferis libera/
uit ⁊ q poſt reſurrectionē mortui ſūt de
numero ſaluādoꝝ.nec purgatorio vlte/
rius indigētes.Clemēter q: bñdixit eis.
Xp̄s nō ſtatim poſt reſurrectionē celū
aſcēdit triplici rōe. Prima q: differēda
erat aſcēſio vt multipliciter ꝓbaret re/
ſurrectio vt dr̄ Actu.1.Jn multis argu/
mētis ap ꝑens eis ꝑ dies.4 .2.eſt vt pa/
tientiā nr̄am informaret q̄ mercedē de/
bemus equanimiter expectare.ſicut agri
cola nō ſtatiꝫ poſt ſeminatōeʒ metit, ſed
fructuū maturitatē expectat.3. ꝑꝑ diſci/
puloꝝ cōſolatōeʒ. vt dicit gloſa. Act.1.ſi
cut.40.fuerūt hore mortis xp̄i.ita .40.
dieb⁹ cū eis cōuerſat⁹ eſt poſt reſurre/
ctionē.q: cōſolatio diuina excedit triſticiā
humanā.Nota q̄ xp̄o ꝯuenit deſcēdere
de celo tm̄modo ſm diuinā nāʒ . q: de⁹
illuc venire dr̄ vbi ſpāli affectu appꝫet. ſʒ
aſcēdere ꝓprie ei cōuenit ſm humanam
nāʒ.q: ſm illā ſolūmodo mutat locum
nō ſm diuinam naturam.

De aſcēſu xp̄i ad dexterā.

Capitulum. 25

a Scēdens xp̄s in celū ſedet ad de
xterā dei pr̄is oīpotētis.Duo in
telligūt ꝑ dexterā. Primū ē eq̄li
tas maieſtatis ad quā xp̄s ſedet ſm di/
uinitatē. De hac dexterā loqt Apo.dicēs
Talē hēmus pōtificē q ꝯſedet in dexte/
ra maieſtatis i excelſis.2.ē q̄ ꝑ dexterā
itelligūt potiora bona glorie in qb⁹ xp̄s
ſedet ſm hūanitatē qm̄ collatū ē ei a dō
qcqd cōferri potuit.⁊ lʒ ab iſtāti ꝯcepti
onis xp̄s accepit bona gr̄e ⁊ glie in aīa
eadē tn̄ bona fuerūt in aſcēſiōe maniſe/
ſta.⁊ in loci cōgruētia cōpleta. De hac
dextera dr̄ ad colo.3.Que ſurſū ſūt qri
te vbi xp̄s eſt in dextera dei ſedēs.vbi di
cit glo.q̄ ſurſū vbi ſedet xp̄s ſūt potiora
bona gr̄e ⁊ glie.Dicim⁹ergo q̄ aſcēſio
xp̄i fuit tā ad locū q̄ ad dignitatē. Jnq̄
tūʒ q̄ fuit ad locū ſic aſcēdit ſuꝑ oēs celos
vſqꝫ ad digniſſimū locū celi ēpirei. ſiue
ad altiſſimā ei⁹ ptē eo q̄ nobiliſſimo ei⁹
corpori xp̄i ꝯgruit loc⁹ talis. Nō ē tn̄ dō
q̄ corp⁹ ſuū ſit obligatū ad locū illū ſed
loc⁹ ille ſit ibi ſʒ ꝯgruētiā deputatus in
qn̄tū āt aſcēſio fuit ad dignitatē ſic ſedet
ad dexterā pr̄is.nō tn̄ q⁹ ad ſitū q pr̄i ſi
cōuenit.ſed quo ad excellētiā duplicē ſi
cut dictū eſt.q: ꝑ dexterā intelligit eq̄li
tas maieſtatis que cōpetit xp̄o ſm diui
nitatē.vel perfectio premii que ſibi com
petit ſm humanitatē. Pretereūdū quo
qꝫ nō eſt q̄ credimus xp̄m ad dexterā
dei patris ſedentē. Stephanus āt vidit

eũ ſtãtẽ a dextris dei. q: nos credim⁹ eũ regnãtẽ ⁊ gſcẽtẽʒ qđ notaꝛ in ſeſſiõe. ſʒ ſtephanus in tribulatiõe poſitus habuit ꝓpugnatorẽ ⁊ ſuſceptorẽ. vñ vidit eum ſtãtẽ. Merito xp̄s dr̄ ſedẽ a dextera dĩ. Sedẽ qđ q: laborauit. p̄s. In labo. ſui a iu. mea. Ad dexterã autẽ. q: diu fuit i ſini ſtra aduerſitatis. p̄s Afflict⁹ ſuʒ ⁊ hu. ſñ ni. Dei q: poſt abiectionẽ merito dʒ ꝯſe q glorĩã. q: q ſe humiliat exaltabiꝛ.

Explicit liber q̄rtus.

Incipiũt capitula libri qnti i genere.


De virtutib⁹ ⁊ origĩe grẽ. 1.
De bono. 2
De diſtinctiõe grãrum. 3
De effectu grẽ. 4
De virtutib⁹. ⁊ primo qd ſit virtus. 5
De pfectiõe virtutũ. 6
De equalitate virtutũ. 7
De cõnexiõe virtutũ. 8
De ꝯmẽdatiõe virtutũ. 9
De effectu virtutũ. 10
De merito virtutũ. 11
De habilitatiõe virtutũ. 12
De opib⁹ meritorijs. 13
De fine actiõis. 14
Quid mereamur. 15
De diffinitiõib⁹ ⁊ differẽtijs virtutuʒ. 16
De differẽtia virtutũ cardinaliũ ⁊ theologicarum. 17
De virtutib⁹ theologicis i gñe. 18
De fidei vtilitate. 19
De effectu fidei. 20
De articulis fidei. 21
De ſpe. 22
De charitate. 23
De drña īter charitatẽ ⁊ alios mores. 24
De effectu charitatis. 25
Quib⁹ reb⁹ charitas aſſimilaꝛ. 26
De excellẽtia charitatis. 27
De ſignis dilectiõis. 28
De gradib⁹ amoris. 29
De ordine charitatis. 30
De dilectiõe ꝓximi. 31
De dilectiõe inimicoꝝ. 32
De virtutib⁹ cardinalib⁹. 33
De prudẽtia. 34
De tẽperãtia. 35
De fortitudine. 36
De iuſtitia politica. 37
De donis in cõi. 38
De timore in cõi. 39
De timore ſeruili. 40
De timore initiali. 41
De timore filiali. 42
De dono pietatis. 43
De dono ſciẽtie. 44
De dono cõſilij. 45
De ſapia ⁊ intellectu. 46
De beatitudinib⁹ in genere. 47
De p̄ma beatitudine. 48
De ſecũda. 49
De tertia. 50
De quarta. 51
De quinta. 52
De ſexta. 53
De ſeptima. 54
De octaua. 55
De ſenſib⁹ ſpũalib⁹. 56
De fructib⁹ ſpũalib⁹ ⁊c. 57
De dulia ⁊ latria. 58
De p̄ceptis in gñe. 59
De primo p̄cepto. 60
De ſecũdo. 61
De tertio. 62
De quarto. 63
De quinto. 64
De ſexto. 65
De ſeptimo. 66
De octauo. 67
De nono ⁊ decimo. 68
De ꝯſilijs in genere. 69
De cõſilijs euãgelicis. 70


Explicit capitula. Incipit liber qntus.

De virtutib⁹ ⁊ origine grẽ. Cap. 1.

q Uemadmodũ de celis de⁹ nõ deſcẽdit p̄ eẽntiã ſuã ſcđ mutabilẽ ſʒ p̄ influẽtiam ab ipſo manatẽ. ita nec ſpũs rõnalis eleuaꝛ ſupra ſe p̄ ſituʒ localem. ſʒ per habitũ deiformẽ. Unñ neceſſe eſt ſpũi rõnali ſi debet eſſe dignus eterne hẽreditatis ꝙ p̄ticeps fiat influentie bonitatis diuine.

De bono. Cap. 2

o D bonũ grẽ nõ põt qs p̄ ſe venire cũ hoc nõ ſit ſm̃ limites nature. ſʒ ſm̃ influẽtiã largitatis diuine. Sicut. n. creatura pro ſua defectibilitate ſuo principio ſemp̄ eget. vt ſit in eſſe nature. ſic idẽ principiũ pro ſua bonitate influeꝛ nõ ceſſat creature rõnali vitã ſpũalẽʒ. vt bñ ſit ei in eẽ grẽ quã nõ põt habere ſine deo largitore. Uerũtñ in excuſabilis eſt hõ ſi grãm gratũ faciẽtẽ nõ recipit. quia grã gratis data ſp̄ p̄ſto eſt liberũ arbitriuʒ excitare ⁊ ꝯmouere. cuius ẽ huic amonitiõi cõſentire. ⁊ hoc ẽ qđ in ſe ẽ facere. quo facto põt hõ ad grãm gratum faciẽtẽ ſe p̄parare. Quãuis eniʒ grã habeaꝛ dei dono efficiẽte. nõ tñ ſine libero arbitrio cõſentiẽte. q: ſicut ait Aug. Qui creauit te ſiñ te nõ ſaluabit te ſine te. Itẽ grã gratũ faciẽſ a trib⁹ ẽ ſʒ alr̃ ⁊ alr̃. Eſt. n. a dõ efficiẽte. a grã gratiſ data liberũ arbitriũ excitãte ⁊ mouẽte. ⁊ a libero arbitrio ꝯſentiẽte. Quãuis eni liberũ arbitriũ nõ poſſit grãm efficere in hoie. põt tñ ſe ad hoc habilitare ⁊ p̄parare vt hẽat. Sicut aliqs nõ põt illuminare domuʒ. põt tñ apire feneſtrã quo facto ſol intrat ⁊ domũ illuminat. Qđ autẽʒ dico de libero arbitrio cõſentiẽte intelligo de adultis. q: i p̄uulis fides parentũ ⁊ ſacrm̃ eccleſie. ⁊ meritũ xp̄i ſufficit. ⁊ excuſat eos ipotẽtia ſui. Sciẽdũ etiã ꝙ habilitatio ſiue p̄paratio ad grãʒ triplex eſt. ſ. efficiẽs. formalis. ⁊ materialis. Prima ẽ a deo. ſcđa a grã gratis data. tertia a nobis. Aia nãqʒ hẽt facultatẽ ⁊ inſtinctũ cognoſcẽdi ⁊ diligẽdi deũ ex nã. ſʒ nõ hʒ cognitiõʒ veritatis ⁊ ordinẽ dilectiõis niſi ex grã. Ad opa bona tria nos incitãt. Pm̃ lex nature q̄ ſcripta ẽ in corde hois dicẽs. Que vultis. vt faciãt vobis hoies ⁊c. Rõ q̄ dicit ea eẽ delectabilia vtilia. ⁊ hõeſta. Gratia que dicit ſeruiẽdũ eẽ deo. q: ſũme bon⁹ ſubueniẽdũ proximo. q: dei filius. q: imago dei q: in beatitudine ſoci⁹. Gratia nõ datur ei q ſe nõ habilitat ad grãm ⁊ đ hoc multa habes exẽpla. ſ. in illo qui ad lãguẽteʒ manũ nõ extẽdit. q: deus q̄t ũm ſe ẽ dat oibus affluẽter. In illo q ꝯtra lumẽ oculos claudit cũ deus faciat oriri ſolẽ ſuũ ſup̄ bonos ⁊ malos. In illo q fontẽ repe riẽs fundũ vaſis ſurſũ erigit. q: de⁹ ſicut ait Aug. ingenti liberalitate ac libertatis vbertate repleuit oẽs creaturas p̄ captu eaꝝ. In illo q domũ ſuã cingit ſpinis ne ingrediaꝛ amicus Ipſe vero deus p̄ ſtat ad oſtiũ ⁊ pulſat. In illo q cantabruʒ ⁊ ʒiʒaniã nõ extirpat de agro ſuo ꝓpt̃ qđ fruct⁹ ꝓficere nõ p̄nt. In illo q ligna igni ſubtrahit. q: tũc ignis deficit. In illo q ad ſumẽdũ cibũ negligit os apire. q: tal' dʒ merito fame mori In illo qui tp̄e pugne arma ꝓiicit. q: talis ſepe capiꝛ ⁊ vulneraꝛ. In illo q mouere negligit remos tp̄e tẽpeſtatis. q: taliſ ſubmergiꝛ. In illo qui exiſtẽs in egritudine medico contradicit. Grã nobis ꝓcedit a deo ſicut radi⁹ a ſole ſicut germẽ a radice. ſicut mel a flore. ſicut riuus a fonte. ſicut imago ab artifice. ſʒ exẽplar interius ⁊ facturã exterius

De diſtinctiõe grãꝝ. Cap. 3

g Ratia dr̃ triplex. Primo gñalr̃ ⁊ ſic grã ẽ adiutoriũ diuinũ creature gratis īpẽſuʒ. ⁊ indifferẽter ad q̄cũqʒ actũ. q: ſine huiuſmõi adiutorio grẽ nihil poſſum⁹ facere. imo nec in eſſe durare. ſcđo dr̃ grã ſpãlr̃. ⁊ talis grã dicit gratis data. ſ. donũ quo ſe hõ preparat ad ſuſcipiẽdũ donũ ſpirit⁹ ſancti. Munuſ. n. grẽ ẽ reuocare liberũ arbitriũ a malo. ⁊ excitare ad bonuʒ ſine qua nullus facit ſufficiẽter quãtũ in ſe eſt vt p̄paret ſe ad ſalutẽ. 3. dr̃ grã ꝓprie. ſ. donũ datũ diuinit⁹ ad merẽdũ qđ qd ẽ donũ grã gratũ faciẽs appellaꝛ. Sine iſta grã nullus põt mereri. nec in bono ꝓficere. nec ad glĩaʒ p̄uenire. Iſta grã triplex inueniꝛ ⁊ inuiꝛ ex verbis apoſtoli vbi ait. Grã dei ſum id qđ ſũ. ecce p̄ma. ⁊ grã ei⁹ i me vacua nõ fuit. ecce ſcđa. ſʒ grã eius ſp̄ i me manet ecce tertia. Preter p̄dicta dr̃ grã gratias dans. vt eſt deus. Itẽ gratia gratie ſignũ vt eſt ꝓphetia ⁊ ptãs faciendi miracula. Gratia gratũ faciens diſtinguiꝛ

ſ opantē. ⁊ coopantē. Gratia opanſ dꝛ ꝓueniēs. ⁊ incipiēs. ac liberās. qꝛ pctm̄ expellit. Gr̄a cooperās dr̄ ſubſequēs ⁊ ꝑficiēs ac diuinās. qꝛ liberꝝ arbitriū adiuuat. ⁊ ei coopaṫ in merito. Multiplr̄ diſtinguiṫ bonū. ē. n. bonū ꝑ eēntiam. ⁊ hoc eſt deꝰ. Vn̄ nemo bonꝰ niſi ſolꝰ deꝰ. Eſt ⁊ bonū ꝑ ꝑticipationē. ⁊ illd̄ diſtinguiṫ in bonū nature. Vn̄ Aug. Oē qd̄ ē inquātū eſt bonū ē. Gen̄. 2. Vidit deus cūcta q̄ fecerat. ⁊ erant valde bona. Itē eſt bonū in gn̄e. hoc eſt bonū i obiecto ſicut eſt elemoſyna. Nā ibi eſt actꝰ in debita materia ēt ſi dedit forma ſubſtātialē. Itē ē bonū ex circūſtātia. hoc ē qn̄ bonū ex gn̄e veſtiṫ debitis circūſtātiis ſicut eſt dare elemoſynā indigenti tpe debito ex cōpaſſiōe. ⁊ huiuſmōi. Itē eſt bonū virtutis. ⁊ hoc ē qn̄ addiṫ opi ꝑfectio ex ꝑte opātis q̄ ē ꝑ habitū mētis bn̄ cōſtitute. Itē ē bonū meritoriū. hoc eſt qn̄ additur opi ipſi debiti finis intētio ſup motuȝ naturalē. Itē ē bonū gr̄e vt ē ipſe habitꝰ gratū deo faciēs. Itē ē bonū glorie vt bonū remuneratiōis eterne.

De effectu gr̄e. Ca. 4.

e ffectꝰ gr̄e ē qd̄ excitat liberū arbitriū ad bn̄ cogitādū. ⁊ ſanat ipm̄ mutādo affectuȝ ipm̄qȝ roborat ꝑducēdo ad actū. Itē gr̄a hoīem deo recōciliat. a pctō quoqȝ liberat. ⁊ penam eternā in tpalē cōmutat. Itē gr̄a opa noſtra meritoria facit. ⁊ bona ꝑ pctm̄ amiſſa reſtituit atqȝ ſtabulū in palatiū cōuertit. Itē per gr̄am efficiṫ aīa ſpōſa xpi filia regis eterni. ⁊ tēplum ſpūs ſancti. Item gr̄a ipam aiam purgat illuminat ⁊ ꝑficit. Itē gratia mentem eleuat deo aſſimilat. ⁊ ſpirituali ſolatio cibat. Nota ꝙ quāuis virtus gratuita ſimul inſit aīe cū gr̄a nō tn̄ hȝ effectū ſuū tā cito ſicut gr̄a qm̄ effectꝰ gr̄e eſt facere gratū deo. ⁊ facere dignū vita eterna. ⁊ hic effectus ſtatim ineſt puero poſt baptiſmū. Virtutis aūt effectus eſt elicere actum meritoriū ꝺ potētia. ⁊ hic effectus nō ſtatiȝ ineſt puero poſt baptiſmuȝ. hoc aūt nō eſt ꝓꝑ defectū virtutis. ſed ꝓꝑ ipotētiaȝ nature agētos. Puer. n. nō ē aptus ad actꝰ voluntarios. Vn̄ ſciēdū ꝙ triplex eſt ꝑfectio p̄ma ē gr̄e ⁊ cauſat gratuitū. Scd̄a ē virtutis. ⁊ cauſat bonū actuȝ. tertia ē operis virtutis. ⁊ cāt meritū. p̄ma ꝑfectio ꝑficit aiam. ſcd̄a perficit aīe potētias. tertia perficit ipſos actus.

De ꝟtutibus ⁊ p̄mo ⁊ quid ſit virtus. Caplm̄. 5.

n Vnc de ꝟtutibꝰ ē agēdū ⁊ p̄mo qd ſit virtus. Virtꝰ eſt vt ait Au. bona q̄litas mētis q̄ bn̄ viuiṫ qua nullus male vtiṫ. quā ſolus deus i hoīe opaṫ. Hec diffinitio daṫ in cōpatiōe ad agētē. Itē Aug. Virtꝰ eſt habitus mētis bn̄ inſtitute. hec daṫ in cōpatiōe ad bonū in quo eſt. Iteȝ phūs. Virtꝰ ē habitꝰ voluntariuſ imediate cōſiſtēs quo ad noſ terminata rōne ꝓut ſapiēs determinabit. Hec daṫ in cōparatiōe ad actum in quē eſt. Itē phūs. Virtus eſt diſpoſitio ꝑfecti ad optimū. hec daṫ ẜm cōparatione ad finē. Itē Iſi. Virtus ē animi habitus. nature decus. vite rō. morꝝ pietas. cultus diuinitatis. honor hominis eterne btitudinis meritum. hec daṫ in cōpōne ad effectū. Diffinitio Aug. ſic exponitur. Virtus eſt bona qualitas. hic poniṫ qualitas ꝓ gn̄e. bona vero ad dr̄iaȝ malarū qualitatū aīe. Diciṫ quoqȝ bōa qm̄ a bono deo daṫ. ⁊ bonos tm̄ in habitat. ⁊ bonos facit ⁊ ad bonū ꝑducit. mentis poniṫ ad dr̄iaȝ q̄litatū q̄ ſunt in corpe. q̄ bene viuiṫ. poniṫ ad dr̄iaȝ qualitatū quibꝰ recte intelligiṫ. ſicut ē ſciētia. qua nullus male vtiṫ. poniṫ ad dr̄aȝ q̄litatuȝ qbus bene ⁊ male vti poſſumꝰ. quā ſolꝰ deus opaṫ in hoīe. poniṫ ad dr̄iaȝ ꝟtutū cardinaliū q̄ hn̄tur ꝑ acq̄ſitionem. Circa aliaȝ diffinitiōeȝ Aug. notāduȝ eſt ꝙ ibi poniṫ habitꝰ mentis bn̄ inſtitute. ⁊ hoc ad ſilitudinē regni. qd̄ tūc bn̄ īſtituiṫ qn̄ recte cōſuliṫ ⁊ bn̄ impatur. ⁊ iuſte obediṫ. Eodē mō bn̄ inſtituta eſt mēs ſi ratio recte cōſulit. ſi volūtas bn̄ impat. ſi ſēſualitas debito mō obtēpat. Etymologia ꝟtutis hec ē. Virtus. n. dr̄ quaſi vis interius. ⁊ hec vis cōſiſtit in aggreſſiōe arduorꝝ in tolerātia aduerſorꝝ ⁊ in abſtinētia placitorꝝ. Item dr̄ virtus quaſi viror mēs. Itē dr̄ virtus quaſi viruȝ tuens. Itē dr̄ virtus quaſi virībꝰ nitēs. Itē dr̄ virtus quaſi viri ſtatꝰ.

De ꝑfectiōe virtutū. Cap. 6.

c Vm virtus in medio cōſiſtat ẜm phm̄. illud mediū ē in tribus. ſ. in agēdis. i. intra ſupra ⁊ citra modū Apo. Rōnale obſequȝ veſtrū. Ro. 12. In hn̄dis. ſ. inter ſupfluū ⁊ idigētiā. puer. Diuitias ⁊ paupertates ne dederis mihi. In ſuſtinēdis. ſ. inter eleuari in ꝓſpis ⁊ deici in aduerſis. vn̄ illud. Nō declinetis a dextris neqȝ a ſiniſtris. Multiplex ē ꝑfectio. ſ. ſufficiētie. hāc hn̄t oēs exiſtentes in charitate. Ordis. huiꝰ ꝓpriū eſt ẜuare cōtinētiā Religiōis. huius ꝓpriū ē renūciare oibꝰ. Prelatiōis ad hāc ꝑtinet ponere aiaȝ ꝓ ouibꝰ ſuis. Securitatis. huius ꝓpriū ē habere mortē in deſiderio. ⁊ vitā in patiētia Ad p̄mā ꝑfectionē tenetur quilibet. ad vltimā vero nullus tenetur. Sȝ ad tres medias tenenṫ aliq ex voto. ex officio ⁊c. Virtus cōpaṫ multis rebꝰ. ſ. Auro. Ecc. Aurꝝ ꝓbat fornax Theſauro abſcōdito. Math. Simile ē rc. celo. the. abſcondito. Gēmis. Ecc. Quaſi vas auri ſo. or. o la. pci. Armis. ſecundo rubrica. i. Quō ceciderūt fortes i ꝓlio. ⁊ ꝑierūt ar. bel. Arboribꝰ. Math. 7. Oīs arbor bona fru. bo. f. De hoc Vgo. de ſcō victore. Arbor ſapie ꝑ timoreȝ ſeminatur. ꝑ gr̄aȝ irrigaṫ. ꝑ fideȝ radicaṫ. ꝑ deuotōeȝ germinat. ꝑ deſideriū creſcit. per charitatē roboraṫ. ꝑ ſpē viret. ꝑ circūſpectōem frōdet. ꝑ diſciplinā floret ꝑ doctrinā fructificat. ꝑ patiētiā matureſcit. per mortē carpiṫ. Itē virtus cōpaṫ floribꝰ Cant. 2. fulcite me floribus. Fontibus. Cant. 4. Fōs hortorꝝ puteus aquarꝝ. Semitis. puer. Vie eius vie pulchre. ⁊ oēs ſemite eius pacifice. Veſtibꝰ. p̄s. Aſtitit regina a dex. t. ī ve. de au. Stellis. Baruch. tertio. Stelle āt dederūt lumen in cuſtodiis ſuis. Pigmētis. Cant. Que eſt iſta q̄ aſcēdit per deſertū ſicut vir. fu. ex aro. myr. ⁊ vni. pul. pig. Cibariis. vnde dn̄s i euāgelio. Io. quarto. Meꝰ cibus ē vt fa. vo. eius q mi. me. Aliis. p̄s. Quiſ dabit mihi pēnas ſicut co. Tres ſūt bone cōditiōes virtutis q̄ ſunt tentationis remotio. actuuȝ multiplicatio ⁊ in bono delectatio. p̄mū ipſaȝ virtutē firmat in radice. ſcd̄m quaſi floribꝰ decorat. tertiū ſapore fructuū delectat. Similr̄ dicēduȝ eſt ꝙ ad cōſumationē virtutū quattuor iſta cōcurrūt. ſ. diſpoſitio ꝓparās. habitus informās opatio probans. p̄mium coronans.

De equalitate virtutū. Cap. 7.

v Irtutes omnes in eodem hoīe ſunt equales. licet inter ſe ſint diſtincte per proprias excellentias. ⁊ hec equalitas in multis ꝯſiſtit. Equales nāqȝ ſunt virtutes. Primo quātuȝ ad eſſentiā. qꝛ omnis virtus ſimplex eſt ſcd̄o quantum ad equalem radicationeȝ in aīa ẜm ꝙ ipſis eſt. tertio quātū ad relatiōeȝ ad eūdē finē. qꝛ oēs ꝓpter deum operāṫ. q̄rto quātū ad equalem effectuȝ qꝛ equaliter faciūt dignū vita eterna. qnto q̄tū ad eq̄lē facilitatē ad actꝰ ſuos q̄tū ī ipſis ē niſi ipediāṫ. Siċ ꝟtutes eq̄les ſūt p̄dictis mōiſ ita ieq̄les ſūt aliis mōis p̄mo q̄tū ad vſū. qꝛ ſūt ſicut arma. Sȝ ſicut miles n̄ pugnat eq̄liter cū oibꝰ gn̄ibꝰ armorꝝ ſic ē ꝺ ꝟtutibꝰ. ẜo q̄tū ad auctoritatē. qꝛ ẜȝ hoc maior ē oibꝰ charitaſ Et q̄libȝ virtꝰ p̄t eē maior alia ẜȝ aliquā ꝓrogatiuā quā hȝ ẜȝ aliquē effectū. Sciēdū ē ꝙ eadē virtꝰ nō eſt equalis ſibi ſꝑ. Creſcūt. n. virtutes multis modis. ſ. q̄tū ad itēſionē. quātū ad radicatōeȝ. q̄tū ad potētiā ꝟtutis. q̄tū ad maiorē expſſione dīe ſilitudis. ⁊ q̄tū ad diuturnioreȝ ꝑmanētiā. Preterea creſcēte vna virtute creſcūt oēs. ⁊ hēs exēplū i cythara i q̄ ſi dȝ eē debita ꝓportio ſonorꝝ neceſſe eſt vt qn̄ vna chorda tēdiṫ. ēt oēs alie tēdāṫ ne i armonia fiat diſſonātia. Qr̄ aūt poteat aliqs vſu vniꝰ ꝟtutiſ potiuſq̄ alti͛ml

te ſūt rōes.pma ē q: deo ſic pl; q datoꝛ
eſt virtutiſcḋa eſt nā cōploius q̄ ma/
gis eſt cōſona opibus vnius v̄tutis q̄ȝ al
terius.tertia eſt viſitatio.q: exercitauit ſe
qs magis circa vnā virtutē q̄ȝ circa aliā
4.eſt q: minus īpugnat a vitio ꝯtrario
illi v̄tuti.5.eſt q: maiorē h; diſcretionē;
in opibus vnius v̄tutis q̄ȝ alterius.Que
liber.n.v̄tus h; ſuas ꝓprias rōes.6.eſt
difficultas ſtatus.q: cū de nouo qs con/
uertit l; hēat maiorē charitatē q̄ȝ alius
q diu fuit in charitate.nō tñ̄ eſt ita bene
expeditus ad bñ̄ agendū ſicut ille ꝓp reli
quias pcōꝝ que adhuc inherēt. Magni
tudini ſcientie rñdere d; magnitudo vir
tutis.⁊ hoc multiplici rōe.ſ. rōne exem
pli diui.Jo.i.Plenū grē ⁊ v̄itatis. Lu
ce vlt.Potens in opere ⁊ ſmone.Act.
.i.Cepit Jheſus fe.⁊ do.rōne exēpli an
gelici q q̄̄to plus cognoſcūt tāto plus di
ligūt.rōe exēpli humani. Mat.5. Qui
aūt fecerit ⁊ do.hic ma.vo.⁊c.rōe exē/
pli naturalis.qm̄ lux ⁊ caloꝛ in ſole ꝓpoꝛ
tionant.rō obligatōis.Luc.12.ſuus ſci
ens vo.do.ſ.⁊ nō fa.plagis va.multis.

De connexione virtutum.

Caplm. 8

c Onnexe ſunt ſibi v̄tutes ⁊ cooꝛdi
nate.ita vt q vnā h;.hab; ⁊ oēs.
Prima rō eſt largitas dei dantis.q: nō
dat vnā ſine alia.2.rō ē q: ſicut vnū mē
bru; indiget alio ſic eſt in v̄tutibus.3.rō
eſt.q: ſicut in cythara ſi defuerit vna coꝛ
da nō erit armonia pfecta.ita nec in aīa
erit ſpūalis melodia niſi adſint oēs virtu
tes.4.rō ē.q: ꝯtra ſingula vicia ſunt ali
que v̄tutes.Uñ̄ opoꝛtet oēs v̄tutes hr̄e
vt oīa vitia īpugnētur.5.rō eſt.q: ſicut
ſtelle ſupſunt in ſperis ſuis.ita ⁊ v̄tutes
in aīe ſede eē debent.6.rō eſt.q: aīa eſt
ſicut vas ſo.oꝛnatū oī lapide p̄cioſo.i.v̄
tutibus.7.rō eſt.q: aīa ē ſicut oꝛtus no
bilis cui nō eſt decoꝛ v̄tutis.8.q: aīa ē ſi
cut apotheca cui deeſſe nō.d; oīs virtu
tis medicina.Ea que de cōnexiōe virtu
tū dcā ſūt intelligi debēt de virtutib⁹ gra
tuitis q̄ oēs quo ad habitus ſūt connexe
ſicut quo ad actus meritoꝛios ſūt eq̄les
Et l; ſiles ſint v̄tutes.tñ̄ aliq̄ dr̄r mſes
v̄tutū.nō q habitus v̄tutis generet hitū;
ſed mot⁹ motū ſic dicit Ber.Jcirco in
quit parit cognitōe; cognitio.amoꝛem
amoꝛ.frequētiā frequētia.familiaritatem
familiaritas.fiduciā fiducia.īpetratio īpe
tratōe;.ſm hūc modū q̄tuoꝛ dr̄r eſſe
mſes v̄tutū.ſ.fides origine.q: ex moti/
bus fidei ſurgūt mot⁹ aliaꝝ v̄tutū.Cha
ritas educatōe.Prudētia regimīe.Hu
militas cōſuatōe.Uitia vō nō ſūt cōne/
xa ſicut v̄tutes.rō hmōi eſt.q: vitia ſūt
in nobis ex opib⁹ nr̄is q̄ ſilia nō ſt̄.Uir
tutes āt theologice nō ī ſt̄ nobis ꝑ acqſi
tionē.ſed ꝑ infuſionē.Alia rō eſt.q: vitia
ſūt oppoſita ad inuicē.ſicut auaritia ⁊ ꝓ
digalitas qḋ nō eſt in virtutibus.

De comēdatione virtutum.

Caplm. 9

v Irtus cōmēdabilis eſt.Primo a
cā efficiēte q̄ eſt deus.Jpſa;.n.vt
ait Aug.ſolus deus in hoīe; opat.2.a cā
māli in qua eſt.q: nō niſi in bonos inha
bitat.Non eſt ſicut de bonis nālibus ⁊
foꝛtuitis.q: talia pluit de⁹ ſup iuſtos ⁊ i
iuſtos.3.a cā foꝛmali.q: eſt decoꝛ ſpūalis
p̄s.Oīs gloꝛia ei⁹ filie regis abintus ⁊c.
4.a cā finali.Aug.Premiū v̄tutis ē ipē
q v̄tutē dedit.Uirtus ē bona multiplr.
Primo ī ſe.q: ſic ait Aug.Uirt⁹ ē bōa q̄li
tas mētis.Nā bōa poſſeſſio ē q̄ ꝓpinq̄
ē ciuitati.hoc āt ē intra ciuitatē q: in aīa.2
in cōꝑatiōe.Hebr.13.Optimu; eſt grā
ſtabilire coꝛ.3.in opatione.q: bonū facit
hoīs opus qḋ nō eēt meritoꝛiū niſi ex v̄
tute pcederet.Gre.Nihil h; viriditatis
ramus boni opis niſi manſerit in radice
charitatis.4.in cōmutatiōe.q: de lupo
facit agnum.⁊ tenebꝛas cōuertit ī lucē.
Malū.n.culpe in bonū grē cōmutat.5
in diſtinctione.q: ꝑ virtutes diſtinguūt
filii dei a filiis diaboli.Jo.13.Jn hoc co/
gnoſcent omnes q diſcipuli.m.e.ſi di.
ha.ad inuicem.6.in exemplificatione.
q: oēs ſancti ſtudebāt virtutibus.Unde
commendamus in Abel innocentiam

Jn abrahā obediētiā.Jn Moyſe māſu
etudinē.Jn Dauid humilitate;.⁊ ſic de
aliis.Laudabilis ē virtus ꝓpter multa
Quia magne dignitatis.Xp̄m.n.docto
rē habuit.vñ̄ Math.11.Diſcite a me.q:
mitis ſu; ⁊ humilis coꝛde.Quia magne
ſublimitatis.Tullius.Uirtus vna ē al.
deſi.radicib⁹.Q: magne iocūditatis.p̄s.
Ecce q̄ȝ bo.⁊ q̄ȝ io.Q: magne r̄tributiō
nis p̄s.Jn cuſto.illis re.mul.Q: magne
vtilitatis.Boeti⁹.Nūq̄ȝ ſiñ̄ pēa ſt̄ vitia ⁊
nūq̄ȝ ſine p̄mio ſūt virtutes.Q: magne
ſecuritatis.Tullius.hoc donū ſapīe ē vt
oīa tua in te poſita eē dicas.Cōmēdabili
us ē ſtudiū v̄tutis ſtudio ſcie rōe exēpli.
q: ſancti hoc fecert.ratione auctoꝛitatis.
Apo.Nō in ſmōe ē regnū dei.ſ; in v̄tu
te.p̄ma coꝛi.3.rōe effect⁹.q: virt⁹ pctm̄
expellit.ſciētia nō.rōe originis.qa virtus
a dō infundit.ſciētia ꝑ ſtudiū acqrit rōe
finis.q: finis virtutis eſt gloꝛia ⁊ nō ſciē
tia.rōe obiecti.q: virtutis obiectū eſt bo
nū.ſcie vero nō rōe materie in qua ē.q:
virtus nō niſi in filiis dei ſcia.nō ſp.rōe
ſecuritatis.q: ſecuri⁹ eſt eē bonu; q̄ȝ eſſe
phm̄.rōe honeſtatis.q: maioꝛ gloꝛia eſt
ſeq deū q̄ȝ Ariſtotelē.rōne vitādi mali.
q: primi parētes ſi extēdiſſent ita manu;
vite ſicut ad lignū ſciētie ñ̄ incurriſſet.tot
mala in ſe ⁊ in poſteris ſicut incurrerūt.

De effectu virtutū. Cap. 10.

v Irtutis gaudiū p̄cellit gaudium
mūdi.ſ.in duratiōe.ꝓuer.15.Se
cura mēs q̄ſi iuge gaudiū.hypocrite ad
inſtar pūcti.Job.20.Jn puritate cōſciē
tie.ſic mūdus regeſcit in floꝛib⁹ q̄ȝ ī lu/
to.Jn dignitate.Glo.ad.gala.Elatio
animi de his q̄ digna ſunt gaudiū mūdi
de indignis eſt.Jn ſalubritate.Sap.Ni
hil vtilius in vita hoīs.econtra gaudi/
um mūdi.ꝓuer.14.Extrema gaudii lu
ctus occupat.Jn libertate.Ad gala.4.
Qua libertate xp̄s nos liberauit.Pec/
catoꝛ aūt ligatus eſt.ꝓuer.5.Jniquitates
ſue capiūt ipm̄ ⁊ funibus peccatoꝝ ſuoꝝ
conſtringit.Jn diuina ꝑtialitate.Aug.
tale bonū eſt deus vt nemini eū deſeren
ti bene ſit.ſ; nota cōtrariū in malis.Uir
tus operat mira multipleꝫ.ſ.in celo cui
vim facit.Unde Math.11.Regnū celoꝝ
vi patit ⁊ vi.ra.il.Jn mūdo q: cuſtodit
homine; ne cōburat igne cōcupiſcētie.⁊
ne mergat in aqs voluptatis.ne ingnet
luto incōtinētie ⁊ ne laceret ſpinis auari
tie.Jn coꝛde hūano.q: vulneratu; ſanat
⁊ ingnatū mūdat.moꝛtuū viuificat exce
catū illumina.in iferno.q: ignis infernal
ñ̄ pt icēdē v̄tuoſū ſic nec ī ignis materia
lis ſalamādra.Uirt⁹ rōnabilē illuminat
ad cognitiōe; vi.cōcupiſcibilē excitat ad
amoꝛē boni.iraſcibilē cōfoꝛtat ad deteſta
tiōe; mali Jtē deo aſſimilat.q: pr̄i ꝑ vir
tutis vigoꝛē filio ꝑ virtutis ſplēdoꝛē ſpi
ritui ſcō ꝑ charitatis feruoꝛē Angelis cō
foꝛmat.Hiero.in carne eni; p̄ter carne;
viuere nature ē angelice nō hūane.mētē
iocūdat.oꝛnat.ſubleuat.honoꝛat.ſanat.
viuificat.cibat.ditat.mūdat Jtē virt⁹ ma
la preterita expellit.p̄ñtia impugnat.ī fu
turis p̄munit.Jtē virtus mētē bene iſti/
tuit.dilectum deo hominē efficit.fructu;
tā premii q̄ȝ meriti adducit tpalia diſcre
te diſponit.opa q̄ in ſe indifferētia ſūt bo
na facit.Sicut ea que dicta ſunt declarāt
nobis effectus virtutū gnales.ita ſunt ſin
gularū virtutū effect⁹ aliq ſpāles.Sicut
eſt q humilitas deo ſubicit.p̄ñia redu it
iuſtitia deducit.obediētia cōducit patien
tia ꝑducit ꝑſeuerātia introducit.puritas
iungit.charitas deo vnit.

De merito virtutum. Cap. 11.

m Eritu; eſt boni opis efficacia ad
obtinendum illud quod nō habe
tur vel ad habendum iuſtius qḋ
habet.Unde per meritu; de nō debito
fit debitū ⁊ ip; debitū fit magis debitū
Sicut rex dat equū quē miles nō meru
it.ſ; ꝑ vſū eq meret eūdem equū ia; da
tum.Triplex diſtinguitur meritū.ſ.con
grui digni ⁊ cōdigni.Meritum cōgrui
eſt per quod diſponitur ſubiectū vt poſ
ſit recipere gratiam ſm rōne; diuine in/
ſtitue.Jſtud vocat diſpoſitio materie.ſ.
dum quis facit quod in ſe eſt Meritū di

g. i. dicit idoneitatem operantis ad aſſe/
quendum illud quod meretur. Meritū
cōdigni dicit eq̄litatē meriti ad remune
ratiōez. Dico aūt eq̄litatē nō aritbmeti
cā ſed geometricā. i. nō q̄ntitatis. ſed ꝓpo
portionis. Et hoc pȝ q꞉ deꝰ ſemꝑ remu
nerat ſupra meritū ſicut punit citra cōdi
gnū. Un̄ nō ē inter meritū ⁊ p̄miū equa
lis quātitas ſȝ ꝓportio. q꞉ apud deū nō ē
iuſtitia cōmutatiua. cū nulli debeat aliqd
ſed diſtributiua. Uocaꝛ autē iuſtitia cō
mutatiua iuſtitia fori qua daꝛ vnꝰ panis
ꝓ vno denario vel vlna pāni ꝓ ſolido
Juſtitia vero diſtributiua eſt principiuȝ
qua dona diſtribuūꝛ ſm ꝓportionez ad
merita ⁊ iſta eſt apud deū. vn̄ apoſtoluſ
vnuſqſqȝ ꝓpriā mercedē accipit ſm ſuū
laborē. Dicēdū ergo ꝙ nullus mereꝛ ſi/
bi primā grām. ſ. merito digni ⁊ condi/
gni. ſȝ tm̄mō merito cōgrui. Similꝛ exi
ſtēs in charitate nō pōt alteri mereri pri
mā gratiam merito cōdigni. ſed merito
digni. ⁊ merito cōgrui. Pōt aūt exiſtēs
in grā mereri ſibi augmētū gratie ex cō/
digno. ⁊ per ꝯn̄s merito digni. ⁊ merito
cōgrui ꝓut ſuperius expoſita ſūt. Pre/
fati tres modi merēdi gn̄aliter habētur.
vn̄ ſi alii inueniūtur ad eoſdez tres redu
ci poterūt. Cum ergo dr̄ ꝙ beata virgo
meruit portare xp̄m. intelligēdū eſt cōpa
ratiue. i. q꞉ ipſa potiuſ debuit portare q̄
alia. vel pōt intelligi de merito cōdigni.
Itē mali dicūtur mereri tp̄alia q꞉ nullū
bonū irremuneratū ſicut malū nullūȝ i/
punitū. ſȝ hoc dicitur improprie. q꞉ opa
in mortali facta nō ſunt directe bona. cū
nō ſint informata charitate. tamē q꞉ talia
opera aliqd boni habēt. dn̄s interpretaꝛ
ea vt bona. ⁊ aliquid dat ꝓ eis. Itē pec
cator quādoqȝ mereꝛ occaſionaliter quia
pauperes obtinēt bona interdū benefa/
ctoribꝰ ſiue auarū p̄cū. occaſio ſunt ele/
moſyne. Itē ſans improprie ſumiꝛ me/
ritum. vbi dicitꝛ. Felix culpa que talez ac
tm̄ meruit habē redēptorē. Ibi. n. poniꝛ
meruit pro exigebat.

De habituatiōe virtutū. Cap. 12

Q Uāuis nullꝰ ſibi mereaꝛ primaȝ
grām ſm ꝙ dictū ē. pōt tn̄ pecca
tor ſe habilitare ad grāȝ faciēdo qđ in ſe
ē. q꞉ nulli taliū grā denegaꝛ. Hec āt nō
ē ex merito digni vl̄ cōdigni. ſed cōgrui
Hec vero ꝯgruitas multo magis eſt ex
pte dei gratiā cōferētis q̄ ex pte hoīs ſe
ad gratiā habilitātis. q꞉ in p̄paratione ad
grāȝ ⁊ infuſione gratie hȝ ſe aīa ad mo/
dū materie. ipſe vero deus vt primū mo
uēs ⁊ efficiēs. Alia rōne pȝ ꝙ huiuſmōi
cōgruitaꝛ eſt magis a deo q̄ ab hoīe. q꞉
habilitatio q̄ eſt ex pte hoīs ſolūmō dat
locū diuine miſericordie vt ſalua iuſtitia
poſſit alicui conferri grā. q꞉ iniuria fieret
diuine iuſtitie ſi tali dareꝛ gratia i quo eēt
obex. i. volūtas peccādi. Sufficiēs igitur
habilitatio ad grāȝ eſt. ſi hō facit qđ in ſe
eſt. Facere aūt qđ in ſe eſt tria cōplectuꝛ
. ſ. vt hō actū peccādi ⁊ voluntatē peccā
di deſerat ⁊ conetur in bonū ꝓut eſt ſibi
poſſibile. Nota ꝙ oē meritū vel demeri
tum acquiritꝛ in hac vita. Un̄ nō facere
bonū. ſȝ facere bn̄ laudabile ē. Nō. n. ver/
bis. ſed aduerbiis meremur. Un̄ v. In
vite meritis preſūt aduerbia verbis.

De opibꝰ meritoriis. Ca. 13.

O Pera meritoria totaliter ſt a grā
⁊ totaliter ſūt a libero arbitrio. ſȝ
principaliter a grā. q꞉ grā cōpaꝛ ad libe
rū arbitriū ſicut ſeſſor ad equū quē diri/
git. ita grā dirigit liberū arbitriū in exer
citio virtutū. Per nos. n. malū facē poſ
ſumꝰ. ſȝ nō bonū Ad efficaciaȝ merendi
tria valēt. Primū eſt difficultas opiſ qđ
pȝ in martirio. Secūdum promptitudo
volūtatis. Apo. Hilarē. n. da. di. deus.
Tertiū eſt magnitudo charitatis ipſa. n.
eſt pondus ſanctuarii ſm ꝙ oīa que erāt
in templo ponderabātur. Ad hoc ꝙ ali/
qđ opus ſit meritoriū tria requirūtur.
primū eſt ꝙ ipm̄ opus fiat in charitate.
q꞉ opa que fiūt extra charitatez mortua
ſūt. ſicut carbo extinctꝰ. Sȝ ꝙ fiat ex cha
ritate. multa enȝ fiūt in charitate que nō
ſunt meritoria ex eo ꝙ nō fiūt ex charita
te. i. quia nō referūꝛ ad finē debitū. terti
um ꝙ idem opus ſit referibile. hoc ideo
dico q꞉ mala nō poſſunt bona intentiōe
fieri aliogn ſequereꝛ abſurditas ꝙ idem
opus eſſet meritoriū ⁊ demeritoriū. At
tēduntꝛ āt tria in merito ex pte hominis
. ſ. ſubiectū. hoc eſt aīa. Item liberū arbi
triū Itē intentio finis. his tribus rn̄dent
tria ex pte dei. ſ. gratia virtus. charitaſ. ⁊
grā qdem reddit ſubiectū deo gratū. virtꝰ
aūt habilitat liberū arbitriū. charitas vō
dirigit intentionem in debituȝ finē. dicit.
n. aug. ꝙ meritū cōſiſtit penes liberū ar
bitriū occaſionaliter hoc dicit q꞉ liberum
arbitriū facit ad meritum ſed nō ſufficit
penes v̄tutē formaliter hoc dicit q꞉ ex vir
tute tāq̄ ex forma ꝓcedit motus. ⁊ elici
tur de potentia penes virtutē motū eēn
tialiter. hoc dicit quia motus eſſentialiter
eſt meritū. penes gratiam efficaciter. hoc
dicit. q꞉ ſine grā nullus motꝰ eſt merito
rius. penes opꝰ iſtrumētaliter hoc dicit.
q꞉ opus exterius ē cā iſtrūalis ipſius meri
ti. Nota gn̄aliter ꝙ n̄ meremur ſm̄ grā
neqȝ paſſionibꝰ iq̄ntū paſſiōes. neqȝ mo
tibꝰ nature. Dicit. n. phūs. Iſtā neqȝ bo
ni neqȝ mali ſumus neqȝ laudi Aug. Ne
mo inuitus benefacit ēt ſi bonū ē qđ facit
neqȝ libero arbitrio ligato. Quiſqȝ eniȝ
nō hȝ vſū rōnis. ⁊ liberi arbitrii nō me/
reꝛ vel d̄mereꝛ ſicut ſūt īfantes. dormien
tes. inſani ⁊ aīalia bruta.

De fine actionis. Cap. 14.

Q Uia meritū vl̄ demeritū circa fi/
nē actionū attēdiꝛ. ïō nota regulaſ
de hac mā. Ex fine dr̄ actꝰ bonꝰ vl̄ ma
lus. malꝰ actus nō fit ex fine bonꝰ Una
intētio multos actꝰ informat. Un̄ ſi aliqs
itēdit vnū ſolidū dare ꝓ deo ita ꝙ quoti
die det vnū denariū. ſi qn̄qȝ obliuiſciꝛ. ⁊
nō refert in deū dationē huiꝰ denarii. tn̄
datio ē meritoria pp ip̄aȝ intētionē p̄mā
Finē ſub fine pōt quis ponere. verbi grā
Aliqs intēdit ire ad forū. ⁊ hoc intēdit vt
emat medicinas. ⁊ ad hoc emit eas vt cu
reꝛ ab infirmitate. ad hoc curari deſide
ra. vt melius deo ſeruiat. In iſto vltimo
p̄cedētes voluntates oēs ſunt meritorie
pp vltimā. ſm. n. vltimū finē oēs p̄cedē
tes volūtates iudicāꝛ bone vl̄ male. ma
xime qn̄ priores actꝰ ſūt idifferētes. Di
uerſi fines nō ſūt faciēdi quorȝ vnꝰ nō ſit
ad aliū referibilis. verbi grā. Aliqs in
tēdit ire ad vnā domū vt luxurietur. ad
hoc vult luxuriari vt ſanior ſit ad h̄ vult
eē ſanꝰ vt ſeruiat deo Iſte finis vltimus
iſtā volūtatē vltimā q̄ eſt luxuriari n̄ īfor
mat. ſȝ potiꝰ ecōtra illa volūtas iſtā in/
tentiōez deformat. q꞉ vna intētio ꝑuerſa
plures deprauat volūtates. Nota ꝙ ac/
tio corporalis poteſt referri ad finē tp̄alē.
dummō referaꝛ poſtmodum ad deum
Actio aūt ſpiritualis vt p̄dixi nō pōt re/
ferri ad finē tp̄alem. etiā ſi illud tempo/
rale referaꝛ ad deum. Et hoc eſt qđ di/
cit Aug. Debemus māducare vt euāge
lizemus. non euangelizare vt manduce/
mus. Si autez in actionibus finis proxi/
mus ponatur deus. ⁊ finis vltimus ali/
quod tp̄ale malū eſt. Bene aūt licet con
ſtituere duos fines. ſ. tp̄alē ⁊ eternuȝ. ita
tn̄ ꝙ eternus ſit finis vltimus.

Quid mereamur. Cap. 15.

O Pera bona ſūt meritoria triū. ſ.
vite eterne augmētū grē. ⁊ remiſ/
ſionis pene. Primū rn̄det radici operis
. ſ. caritati. ⁊ hoc ē p̄miū ſubſtantiale vite
eterne. p̄miū vō accidētale rn̄det opi. ſic̄
⁊ augmētū grē. q꞉ opibꝰ excellētibus ⁊
ſupˀrogatiōis meremur magis augmētū
grē q̄ aliis opibꝰ. Remiſſio āt pene rn̄/
det penalitati opis q꞉ opa q̄ magis ſunt
penalia magis ſūt meritoria remiſſionis
pene. Eſt enī regula in theologia ꝙ pe/
ne pena reſolutoria ē. Nota igiꝛ ꝙ ſȝ to/
ta vis merēdi vitā eternā ⁊ ēt alia conſi/
ſtat i charitate. nō tn̄ totꝰ effectus. q꞉ ef/
fectus merēdi ꝯſiſtit in magnitudie opiſ
ſicut pȝ i merito remiſſiōiſ pene. qđ n̄ ſo
lū cōſiſtit i caritate. ſȝ ēt in opibꝰ penali
bꝰ. ⁊ huiuſmōi exēplū hēmꝰ i xp̄o q me
ruit nob apˀtiōez ianue pa diſi effectu hoc
āt meritū nō erat ex ſola charitate. ſed in
charitate ⁊ excellētia opis. i. i ſua paſſiōe
Sciēdū ē ꝙ de premio ſubāli mereꝛ hō

tm̄ per vnū̄ actum q̄tum ꝑ mille ma
nente eadem radice ⁊ nō creſcēte. Ualēt
tn̄ opera hm̄ōi ad multa alia. vn̄ v̄. Jo
cūdat mētem. virtutes ſtabilit. meritum
auget. ſ. meritum accidētalis p̄m. i. Pec
cata remittit q̄tum ad penā que dimiſſa
ſunt quo ad reatum ꝑ grām. Debilitat
fomitē remouet accidiā. excitat hoīem ī
aſſuefactiōe boni atq₃ repellit temtatōes
diaboli. Nota ꝙ p̄mā grā₃ nullus pec
cator pōt meri ꝓp̄ie ⁊ hoc multiplici rō
ne. Prima q̄ talis nō h₃ radicem merē
di. ſ. grām. 2. ꝑpter ſtatus indignitatem
q̄ peccator nō eſt dignus pane quo ve
ſcit. 3. q̄ nullius hoīs op⁹ placet deo ni
ſi placeat ipſe p̄r⁹. Unde prius reſpexit
deus ad Abel q̄ȝ ad munera eius. vt dr̄
Gen̄. 4. 4. q̄ naturaliter antecedit cā ſu
um effectū. ⁊ grā cū ſit cā meriti p̄cedit
meritū. Ipſa. n. ſm̄ Aug. voluntatē nr̄a₃
p̄uenit vt velimus. ⁊ aſſequit̄ ne fruſtra
velimus. Grā ſicut ſupra dictū eſt ꝑ bo
num vſum eius ⁊ merito cōdigni me
ret̄ augeri in via vt aucta mereat̄ ꝑfici
in p̄ria. ⁊ hoc a deo cuius eſt grām īfun
dere. augere ⁊ ꝑficere ſm̄ coopatōnē vo
lūtatis noſtre. Nā ſicut de⁹ eſt ipſi⁹ grē
fundale p̄ncipiu₃ infūdendi ſic ipſe ſolus
eſt principiū augēdi ꝑ modū influentis
grā vero ꝑ modū meriti ⁊ dignitatis.
Sed liberū arbitriū ꝑ modū coopantis
ſicut liberū arbitriū ꝑ grām meret̄ me
rito ꝯdigni augmētū grē in ſtatu vie. ſic
& meret̄ merito cōdigni ipſius ꝯplemē
tū in ſtatu p̄rie. Quare āt meremur ex
cōdigno vitā eternā multe ſūt cāe. p̄ma
eſt efficatia doni ſp̄ūs ſancti coopantis ī
merito. ſcd̄a v̄tutas dei ꝓmittētis. Ter
tia ꝑ ſuaſibilitas liberi arbitrii ꝯſentiētis
⁊ finaliter ꝑſeuerātis. Quarta difficultaſ
ſtatus merēdi. Quinta dignitas xp̄i capi
tis noſtri inte ueniētis qd̄ glorificari dȝ ī
mēbris ſuis. Sexta liberalitaſ dei tribuē
tis quē nō decet pua reddere. Septima
eſt obſequiū fideliter ſibi obtemperātis.
Octaua nobilitas operis qd̄ ex charitate
ꝓcedit. qd̄ tātum ꝑōderat̄ in ꝯſpectu iu

dicis q̄tum amor ex quo ꝓcedit. ⁊ ideo
nō pōt ſufficiēter niſi a ſūmo bono remu
nerari. Opera que nō fiūt in charitate. ſ.
cū pctō l₃ nō valeāt ad vitā eternā. valēt
tn̄ ad alia multa. vn̄ ver. Aptat. ſ. cor ad
ſuceptionē grē. minuit. ſ. penā que debe
ret̄ ſi nō fieret illud opus nō illā que iam
debet̄. Et dat bona terre. ſ. tp̄alia. occu
pat. ſ. ne ſit hō interim ocioſus vl̄ operi
malo deditus. Aſſueſcit. ſ. ad bn̄ operan
dū. delectat. ſ. mētem. mitigat. ſ. fomite₃.
arcet. ſ. ſiurū peccati. Ultimo ſciēdu₃ ꝙ
nullum malū impunitū. ⁊ nullum bonū
irremuneratum.

### De diffinitionibus ⁊ differētiis virtutū Caplm̄. 16

v Irtutes ſm̄ Macrobiū dicūr q̄dā
q₃ politice q̄dā q₃ purgatorie. q̄dā
q₃ purgati animi. q̄dā q₃ exēplares. Pri
mas docet ſalomon ī ꝓuerbiis. Scd̄as
in eccliaſtica. Tertias ī cāticis. Quartas
in deo legimus. Politice nāq₃ dicūr ſm̄
ꝙ regūt vita₃ humanā quo ad opera ex
teriora ⁊ ſm̄ ꝙ pugnāt ꝯtra vitia. Pur
gatorie dicūr ſm̄ ꝙ iam ſūt in victoria vi
tiorꝫ ⁊ reſpiciūt p̄ti₃ interiora p̄tim exte
riora. purgati animi dicūr q̄ñ deuictis ia₃
vitiis poſſeſſor virtutū q̄eſcit raro inſur
gētibus primis motib⁹. Exēplares dicūr
q̄ in mente diuina ꝯſiſtūt. Nā idee vir
tutū in deo ſūt ⁊ ipſe rexꝫ oīum eſt exem
plar. Ariſtotiles diuidit virtutes intelle
ctuales ⁊ ꝯſuetudinales. Intellectuales
diuidit in ſophiā. i. ſapientiā. ⁊ intelligen
tiā. ⁊ froneſym. i. prudētiā ſp̄ūs. Et hec
tria ordināt nos ad deū. q̄ ſophia regit
affectū. intelligētia intellectū. ſed froneſyſ
vtrūq₃ prudētia eni₃ ſp̄ūs regit cogita
tiones ⁊ affectiōes. Uirtutes vero ꝯſue
tudinales diuidit in honeſtatē. ⁊ liberali
tatē. Hec duo ordināt nos ad hoīem. q̄
honeſtas ordinat hoīem. quo ad ſeipſu₃
liberalitas quo ad ꝓximū. Itē philoſo
phia moralis diuidit̄ in ethicā. yconom
micā. ⁊ politicā. Harꝫ prima mores quo
ad ipſu₃ hoīe₃. ſiue quo ad ſeipſu₃ inſtruit
ſcd̄a familiā diſponit tertia vrbes ⁊ re

gna gubernat ⁊ regit. Circa v̄tutes hoc
tenēdū eſt ꝙ cū ſit vna grā gratificās ani
mā. ſeptē tn̄ ſūt v̄tutes qb⁹ humana vi
ta regit̄. Tres qd̄ theologice. ⁊ q̄tuor
cardinales. ⁊ l₃ he v̄tutes ſint gratuite ꝑ
informātē grā₃. p̄ſſūt tn̄ fieri informes ꝑ
culpā. ⁊ iterū informari ꝑ p̄nia₃ adueniē
te grā q̄ eſt habituū v̄tus. origo finis et
forma. Nā cū hitus aliaꝝ v̄tutū hēāt̄ ſi
ne grā ⁊ caritate in q̄bus cōſiſtit vita vir
tutū dicūr informes. Cū aūt grā ſuꝑuene
rit. tūc formant̄ ⁊ decorātur ⁊ deo fiunt
acceptabiles. Un̄ v̄tutes informes ſūt ſi
cut colores ī tenebras. ⁊ ſicut carbones
extīcti. ⁊ ſic rami aridi. ⁊ ſicut ale mortui
⁊ ſicut aurū obſcuratū ⁊ ſicut gēme cō
uerſe in ſilices. Ecōtra v̄tutes formate
ſicut colores ſ. in luce viſibiles qdā aſpe
ctu cōplacētes. ⁊ ſicut carbones ardētes
⁊ ſicut rami virētes. ⁊ ſicut ale viuētes
ac valētes. ⁊ ſicut aurū fulgētes. ⁊ ſicut
gemme vas aurii decorentes. Dr̄ia eſt
inter v̄tutes ⁊ p̄cepta. ⁊ dona ⁊ fructus
⁊ beatitudines. q̄ v̄tutes potentias di
ſponūt. p̄cepta opa reſpiciunt. dona v̄tu
tibus ꝑfectionē addūt fructus ſpiritui ſi
ue guſtui ſaporē ſpūalem apponūt beati
tudines ipſis v̄tutibus ſtatū. ſiue vie. ſi
ue p̄rie cōtingūt. Alia eſt dr̄ia. q̄ v̄tuti
bus bn̄ opamur. donis expedite hitu
die ꝑfcē opamur. ſ₃ fructib⁹ fruimur d̄o

### De dr̄a v̄tutū cardinaliū ⁊ theologicaꝝ Caplm̄ 17

d Ifferētia v̄tutum theologicaꝝ ⁊
cardinaliu₃ hec eſt. q̄ theologice
mouet ad finē. ſed cardinales mouēt ad
ea q̄ ſt̄ ad finē. Alia dr̄a ē q̄ theologicaꝝ
virtutū finis ⁊ obiectū eſt ipſe deus. ⁊ nō
obiectū ꝓp̄ie. Itē v̄tutes theologice ha
bent̄ ꝑ infuſionē. cardinales v̄o ꝑ acqſi
tione₃. Itē theologice mouēt ad opa ex
rationibus ſumptis a iure diuino. ſ₃ car
dinales a iurē naturali. Ite₃ v̄tutes theo
gice attendūtur quātū ad actus interio
res. cardinales v̄o ad opa exteriora. Itē
theologice nō hn̄tur ſine donis. cardina
les vero hr̄i p̄nt ſine donis. Item theo
logice ſunt diſcretiue actuum in deū. car
dinales vero in ꝓximum. Itē in theolo
gicis ſic eſt ꝙ habitus gn̄at actus. ſed in
cardinalibus eſt ecōtra. q̄ actuſ ibi gn̄at
hitus. vn̄ phūs. Quales inquit ſunt ac
tus tales ſunt habitus.

### De virtutibus theologicis in genere. Caplm̄. 18

a Nima q̄tum ad ſuꝑiorē p̄tem in
qua cōſiſtit imago trinitas rectifi
cari h₃ ꝑ tres v̄tutes theologicas. vn̄ ſi
cut imago creaturis conſiſtit in trinitate
habituū cū vnitate grē. ſic ꝑ hos tres ha
bitus v̄tutū aīa fert̄ in ſūma₃ trinitate₃
ſm̄ tria approp̄iata trib⁹ ꝑſonis. ita ꝙ
fides dirigit in ſūme verꝫ credēdo ⁊ aſſē
tiēdo. Spes v̄o in ſūme arduu₃ innitēn
do ⁊ expectādo charitas aūt in ſūme bo
nū deſiderādo ⁊ amādo. Uirtutes theo
logice differūt inter ſe multipliciter. p̄io
ſm̄ actus ꝓprios. Nā fides facit deo aſ
ſentire. ſpes in deo cōfidere. charitas fa
cit deum amare. Scd̄o differūt rōe ſub
iecti. q̄ fides in rōnabili. ſpes in iraſcibi
li. charitas in cōcupiſcibili. ſed ambe ſūt
in volūtate q̄ ꝑꝑ ſiītudinē actuūm acce
pit noīa harꝫ potētiarꝫ. Tertio differunt
rōne ſubiecti. Nā fides eſt circa verum.
ſpes circa arduū. caritas circa bonum.
Quarto rōne effectus. Nā fides in p̄nti
deū ſeqtur. ſpes in celū comitat̄. caritaſ
ꝑ enniē amplexat̄. Quinto differūt rōe
finis. q̄ ꝑ fidē cognoſcit̄ deus vt veritaſ
ꝑ ſpem hr̄ vt eternitas. ꝑ caritatem dili
gitur vt bonitas.

### De fidei vtilitate. Cap. 19

f Ides eſt ſubā ſperandaꝝ rerꝫ argu
mētū nō apparētū ſm̄ Apo. In
hac diffinitiōe fides dr̄ ſubā. i. fun
damētū ſubās edificio ſpūali qd̄ eſt grā
to cerebro capilli debent eſſe rubei.
hoc aūt fuit cerebrū dn̄e ⁊c. Uideꝛ
aūt ꝙ debeant eſſe nigri. Conſtantius
ī pategni tres cauſas piloꝝ ponit dicēs
Capilli caput cuſtodiunt ⁊ defendūt ⁊
honeſtant: quibus ſi careat homo ma-
xima eſt inhoneſtas ⁊ ꝑcipue ī mulieri
bꝰ. ⁊ iuxta hoc fecit natura corpori iu
uamenta atq; ornamenta. Et iterū:
Eſt aūt cauſa cur maſculi ⁊ non femie
barbeſcunt. quia maſculi ſunt calidio-
res: in quibus fumus qui ē piloꝝ natu
ra magis augmētaꝛ. quē quia natura
non ſufficit expellere: expellit per duo
loca per caput ⁊ barbam. Unde fit vt
femine calidiſſime barbeſcere videāꝛ
⁊ ecōuerſo ī maſculis frigidis. vn̄ non
barbeſcunt eunuchi. quia perdiderūt
membra calidiora. Pili ergo iſti fcī ſūt
a natura vt eſſent iuuamēta ⁊ ornamē
ta. Ex hoc patet ꝙ tres ſunt cauſe pi
lorum. Expulſio fumoſe ſuꝑfluitatis iu
uatiua: ⁊ defenſio a calore ⁊ frigore ex
teriori: ⁊ ornatus capitis. Quantū ad
primam vtilitatem magis videntur cō
pori encratico cōuenire nigri capilli.
Si enim expulſio ſuꝑfluitatis nociue ē
quecūq; iuuatiua: ſuꝑfluitas magis eſt
nociua. ēt illiꝰ expulſio maxime ē iuua
tiua. Sed colericum incenſum ⁊ ſangui
neum aduſtū magis eſt nociuum ꝗ̄ ſan
guis nō aduſtus. Ergo magis ē iuuati
ua expulſio iſtius ꝗ̄ illius. S; ad iſtiuſ
expulſionē ſequitur generatio nigrorū
capillorū ⁊ nō rubeoꝝ. ergo quātū ad
illam cauſam encraticū magis dꝫ hēre
nigros capillos ꝗ̄ rubeos. Silr̄ quātū
ad defenſionem. Nigri. n. capilli fortio
res ſunt ꝗ̄ rubei. Silr̄ quātū ad orna-
mentū. Pulcrior. n. eſt ⁊ aptior ꝓpor
tio extremi ad extremū ꝗ̄ medij ad ex
tremū. Oppoſita. n. iuxta ſe magis elu
ceſcunt. ergo ſuppoſito colore cutis al
bo ⁊ rubeo magis venuſtat in capillis
nigredo ꝗ̄ albedo vel rubedo. Item
quātum ad ſenſum viſus nigredo ē cō
uenientior. qꝛ ē cōgregatiua viſus: ru
bedo aūt diſgregatiua. Itē quantū
ad ſignati. rubedo enī atteſtaꝛ mobili
tati ⁊ infidelitati. nigredo ſtabilitati
⁊ firmitati. qꝛ reſpondet elemento qō
eſt terra. Itē conſtantius in pāteg.
vbi deſcribit corpus encraticū ſic dicit
in ſuperioribus ꝑtibus libri meminimꝰ
dixiſſe de intemꝑata complexione cor
poris quantum ad compoſitionē inēq̄
lis. Oportet ergo nos dicere de equali
complexione ⁊ de eius ſignificatione.
Corpus enim equale neq; multum ma
cidū eſt: neq; pigue color eius inter al
bum ⁊ rubeum medius. pili eius in in
fantia ruffi. in puericia ⁊ in iuuētute
nigri. ergo ad encraticum corpus perti
net nigredo in capillis ſecundū Cōſtā
tinum. ⁊ ſic etiā videtur cōtrouerſia in
ter conſtantinū ⁊ Gal. cum hic nigrū
colorem ponat capillorū in equali cor
pore. ille autem rubeum. Item carū
contrarietas inuenitur inter illos qui
locuntur de corporis pulcritudine. quo
rū vnus ſic dicit. femineū capiti ſi vis
formare decorē ⁊c. Crinibus irrutilet
ꝑutor aurum ⁊c. ergo vult ꝙ capilli de-
beant eē aurei coloris. Alter autē dicit
ſic. Spectandū nigris oculis nigroq;
capillo. Item ī canticis. 5. ubi deſcri
bitur pulcritudo ſpūalis per exteriorē
expoſitionē. dicif. Come eius ſicut ela
te palmarum: nigre quaſi coruus. ergo
uideꝛ ꝙ ad exteriorem pulcritudinē.
per quā hic iterior deſcribitur pertine
at nigredo in capillis. quia ut dicit ma
giſter Richardus de ſancto uictore ſu
per illō gene. 49. Neptalim ceruꝰ emiſ
ſus dans eloquia pulcritudinis. Pul-
cre hominem interiorem eiſdem vbis
reficit ⁊ exteriorem dum per exteriora
uiſibilia ad inuiſibilem pulcritudinem
intellectum traducit: ergo ad exterio-
rem pulcritudinem pertinet nigredo ca
pillorum. Item ſecundum complexio
nem innatam ſoboles ſolent aſſimila
ri parentibus ⁊ ecōuerſo. Sed uide-
mus ꝙ genus iudeorum ut in pluribꝰ
habent nigros capillos. ergo ⁊ domina
noſtra cum fuerit de progenie iudeoꝝ.
Item veronica pretendit nigrā bar
bam ⁊ nigros crines in domino fuiſſe.
ergo in domina noſtra cū maxima fue
rit aſſimilatio inter eos.

## De colore oculorum. ca. 45

Oſt hec quereꝛ de colore oculorū
qui quadruplex eſt. Niger. ſubal
bidus. varius. ⁊ glaucus. Et videꝛ ꝙ
debeat eſſe niger. Ille enim ut in pluri
bus concōrdatur nigrum colorem in ca
pillis: qꝛ habentes nigros capillos ha
bent nigros oculos ⁊ maxime videtur
congruere venuſtati. Unde. Spectan
dum nigris oculis ⁊c. In contrarium
videtur ꝙ alius deſcribens pulcritudi
nē quo ad oculos dicit. Radiant vtrū
q; gemelli luce ſmaragdina vel ſide-
ris inſtar ocelli. Illi autem colores nō
ſunt nigri. Item nigredo oculorum
ut dicit Johānicius ꝓcedit ex defectu
viſibilis ſpiritꝰ vel perturbatōe eiuſdē
aut ex criſtallini penuria humoris aut
quia plurimum reſedit interius criſtal
linus humor. aut ex humore abundan
ti qui eſt ſimilis albugini cui: aut ex
perturbatione ipſius aut ex abundan-
tia qualitatis niuei humoris. ergo cū
iſte color in oculis cauſetur maxime ex
defectu eorum in quibus conſiſtit ocu
li perfectio ad videndum: ut eſt ſpiritꝰ
viſibilis. ⁊ humor criſtallinꝰ nullo mo
do erit iſte color oculorū encratici cor
poris. de glauco autem ⁊ alijs non fit
qō cum atteſtentur minus nobili com
plexioni. Solutō ad primū. Rn̄dendū
eſt ꝙ cum ſex ſint colores cutis: ex al
bo ⁊ rubeo compoſitus. niger. citrinꝰ.
glaucus. albus ⁊ rubeus. ſolus ille qui
eſt compoſitus ex rubore ⁊ albedine
ut dicit Johāniciuſ eſt ab equalitate ꝓ
cedens: omnes vero alij ab inequalita
te: primꝰ eſt nobiliſſimus ⁊ corpori en
cratico determinatur. Ut ſupra a Ga-
lieno in temperata complexione poſitꝰ
ibi competentis craſeos ⁊c. Et ſimili
modo a Conſtantino in panteg ibi.

In ſuperioꝛib⁹ ⁊c̄. Hunc ergo concedi
mus in coꝛpoꝛe beatiſſime v̄ginis exti
tiſſe. Ad obiecta in contrariū reſpon
demus ꝙ licet coloꝛ niger magis ſit ui
ſui cōgruus alteri ad uidendū alteri nō
tamen magis ē encratico coꝛpoꝛi deter
minatus ad habendū. Coloꝛ enī coꝛpo
ris eſt pꝛīcipaliter ad coꝛpus pꝛopꝛium
uenuſtandum. ⁊ ſuam complexionem
oſtendendā q̄ꝫ ꝑpter coꝛpus alienū ad
uidendum. Item cum uiſus delectet
in pulcro ⁊ ī luce pꝛopoꝛtionabili: dele
ctabilioꝛ ⁊ delicioſioꝛ ad uidendum lu
men eſt coloꝛ albus mixtus cum rubo
re q̄ꝫ nigredo: Nec eſt contra ꝙ extre
mi coloꝛes magis ſunt ſenſitiui. Illa
enim pꝛeminētia ſumitur reſpectu alte
rius uidentis. iſta autē reſpectu habē
tis. Natura enim ut dicit phs: intendit
ſibi niſi ſit ebꝛia. Ergo coloꝛ coꝛpoꝛis d
bet determinari potius ſm congruen-
tiam ſui ſubiecti q̄ꝫ reſpectu alteri. Nec
etiam obſtat ꝙ ſimplex nobilius eſt cō
poſito. hoc enim uerum eſt īter res ge
nere differentes. ut anima dignioꝛ eſt
coꝛpoꝛe: ⁊ non ī ijs ī quibus eſt ſimplex
pars compoſiti: cum ī ijs ſemper totuꝫ
dignius ſit ſua parte. Qđ autem obi
citur ꝙ debuerit eſſe frigide complexio
nis ⁊ habere coloꝛem illi atteſtantem:
dicimus ꝙ nō. Cuꝫ cui gratia nobilioꝛ
ſit q̄ꝫ natura. caſtitas que totaliter eſt
a gratia nobilioꝛ eſt ea que partim eſt
a gratia ⁊ partim a natura: ⁊ tanto ma
ioꝛem manifeſtat gratiam quanto foꝛ-
tioꝛem uincit naturam. Nec tamen in
beatiſſima virgine aliqua fuit pugna:
quia fomes omnino extinctus fuit ī ea
Unde tanto nobilioꝛ ⁊ perfectioꝛ fuit
eius caſtitas: quanto nec hoſti aut car
ni aliqua tentandi fuit poſſibilitas: ⁊
nihilominus tanto de hoſte triumph⁹
glorioſioꝛ eſt quanto etiam ipſa caput
eius contriuit ſub pedibus. ut nec ad
pꝛimum motum ſe unquā contra ipſaꝫ

erigere fuerit auſus. Non enim dimi-
nuit rationē uictoꝛie nō poſſe impugna
ri ſed nolle impugnari nec poſſe reſiſte
re. Illa igit̄ ſimul glorioſiſſima ⁊ nobi
liſſima caſtitas fuit. que in ſe nunquaꝫ
ſaltem aliquem motum concupiſcentie
ſenſit. ⁊ ſe in aliqua ſubiecta diſſemi-
nans exemplariter cōcupiſcentiā a mē
tis coꝛdibus pꝛofugauit. quoꝛum ſe in
virginitate oīum matrem fecit. Ad
illud quod obicitur de coloꝛe capilloꝝ
dicimus ꝙ coloꝛ in capillis immediate
ſignificat diſpoſitionē cerebꝛi. Unde
optimus coloꝛ in capillis debet deter-
minari ſecundum optimam complexio
nem cerebꝛi. Optima auteꝫ complexio
cerebꝛi determinatur ſecundum duos
modos. Uno mō eſt cerebꝛum optime
complexionatum quando eſt optime oꝛ
dinatum ad actiones virtutis natura
lis. ita ꝙ operationes cerebꝛi maxime
oꝛdinantur ſecundum equalitatem ad
operationes coꝛdis ⁊ epatis ⁊ alioꝛum
mēbꝛoꝛum pꝛincipalium. ⁊ ſecundum
hoc cerebꝛum debet eē calidum ⁊ hūi
dum. ⁊ ſecundum hoc capilli talis cere
bꝛi in infantibus ſunt ſubruffi. in pue
ris vero ruffi vꝫ ſubrubei. ī perfectis
v̄o ſūt rubei ſic̄ dic̄ Galenus in tegni
in auctoꝛitate ſupꝛa poſita. Nam ſi en
craticum cerebꝛum ⁊c̄. Et ſecundum
hunc moduꝫ loquebatur qui dixit. Cri
nibus irrutilet ⁊c̄. Et ſecundū hanc le
gem pꝛocedunt rationes pꝛo illa parte
Aliomodo dicitur encraticuꝫ cerebꝛū
ſecundum ꝙ eſt optime diſpoſitum ad
operatiōnes aīales que pꝛopꝛie fiunt in
cerebꝛo ⁊ mediāte ſpiritu aīali qui na-
ſcitur in cerebꝛo: ⁊ ſecundum hoc cali
dum ⁊ ſiccum debet eē cerebꝛuꝫ. quia
ille due qualitates maxime ſubſeruiūt
cognitioni. A caliditate enim eſt velo-
citas appꝛehendendi. a ſiccitate firmi
tas retinendi. a caloꝛe eſt motus ⁊ mo
bilitas. a frigoꝛe quies ⁊ immobilitas.

Item a ſiccitate firmitas retinendi.
Siccitas enim eſt bene terminalis pꝛo
pꝛio termino male aliena. humiditas
autem male terminabilis pꝛopꝛio ter-
mino bene aliena. ⁊ ſic patet ꝙ magis
congruit perfectioni cerebꝛi caliditas
q̄ꝫ humiditas. vt enim Galienus in te-
gni dicit frigidioꝛis q̄ꝫ opoꝛtet cerebꝛi
cognitiones ſuperfluas plures habent
ſecundū pꝛopꝛias effluxiones. ⁊ capilli
recti ⁊ ruffi manentes ⁊ poſt multum
tempoꝛis naſcentes ſubtiles ⁊ exiles
plurimum ⁊ facile a frigidis cauſis le
duntur. ⁊ ſcđm idem tēpus leſionibus a
catarris ⁊ coꝛizis conſumuntur ⁊ ſom
nolētioꝛes quodammodo ſunt. In cali
do autem cerebꝛo cōtraria ſunt ⁊ ſic pa
tet ꝙ nobilius eſt calidum cerebꝛum q̄ꝫ
frigidum. Simili modo patet ꝙ ſiccuꝫ
eſt nobilius q̄ꝫ humidum. Galienus in
tegni Siccioꝛis cerebꝛi ſunt cognitio-
nes. Non ſuperfluūt in effluxionibus. ⁊
ſenſum perfectum habent. vigilantes
v̄o ſunt ⁊c̄. Humidioꝛis vero cerebꝛi
capilli plani ⁊ nō omnino calui fiunt ⁊
ſenſu hebetes ſunt. ⁊ ſupfluitatum mł
titudo ſomni multi ⁊ pꝛofundi. Et ſic
patet ꝙ nobilius eſt cerebꝛum quantū
ad virtutes aīales ſi fuerit ſiccum ⁊ ca
lidum quam ſi fuerit humidum ⁊ cali
dum. Nam ut dicit Galienus ibidem
Cōpoſiti vero calida ⁊ ſicca cōplexione
pꝛimum quidem ꝙ nec ſuperfluitatum
abundantes ſunt ſed perfecti ſenſibus
⁊ vigilantiſſimi. Pꝛima generatio ca-
pilloꝛum citiſſima eſt ī eis ⁊ pleniſſima
Nigri capilli ⁊ criſpi. Si vero humidi
tas caliditati accedat. parum quideꝫ
ſupergredientibus vtriſqꝫ mediocri ita
tem bonus coloꝛ ⁊ caliditas ⁊ in ocu-
lis vene magne ⁊ ſuperfluitates pluri
me ⁊ mediocriter digeſte ⁊ capilli re
cti ⁊ ſubrubei. repletur auteꝫ ⁊ graua
tur caput a calefacientibus. Et infra.
his eſt nocibus contrarius ſemper. op

time vero in boꝛea degunt. neqꝫ excita
ri poſſunt vſqꝫ ad multum. ⁊ ad ſom
num conuertentes ſe ipſos ⁊ grauiter
doꝛmientes ſunt ⁊ vigilantes fantaſi-
as vident. ⁊ ſenſibus impꝛfecti. Et
ſic iterum patet ex coniunctione quali
tatum ꝙ optima eſt complexio cerebꝛi
quantum ad virtutes aīales calidum
⁊ ſiccum. ⁊ cerebꝛo ſic exiſtenti deben
tur capilli nigri. Et hoc eſt quod dicit
conſtantinus in pāteg. In ſuperioꝛibus
⁊c̄. Cum ergo cerebꝛum encraticum ſit
vno modo reſpectu virtutis naturalis
aliomodo reſpectu virtutis animał. ⁊
nobilioꝛes ſunt operationes virtutis
aīalis q̄ꝫ naturalis. melius erit cere-
bꝛum quod eſt encraticum ad opera
tiones animales q̄ꝫ qđ eſt perfectum
ad operationes naturales. ergo perfe
ctiſſimi coꝛpoꝛis cerebꝛum debet eſſe
calidum ⁊ ſiccum. Cum ergo coꝛpus
domine noſtre fuerit perfectiſſimum
ſecundum omnia membꝛa ipſa habuit
cerebꝛum calidum ⁊ ſiccum ⁊ capillos
nigros ⁊ ſic pꝛocedunt rationes ⁊ au
ctoꝛitates ad hoc inducte. Ad hoc qđ
obicitur de coloꝛe oculoꝛum. reſponde
mus ꝙ cum coloꝛ oculoꝛum atteſtetur
complexione pꝛopꝛij ſubiecti. conueni
enter cerebꝛo ſicco determinabitur co
loꝛ oculoꝛum niger qui dominatur. Et
quod obicitur ꝙ nigredo oculoꝛuꝫ cau
ſatur ex defectu ſpiritus viſibilis ⁊ hu
moꝛis chꝛiſtallini dicimus ꝙ hoc ve-
rum eſt. Sed paucitas ſpiritus viſibi-
lis ⁊ humoꝛis chꝛiſtallini cauſatur ex
caliditate ⁊ ſiccitate cerebꝛi: Spiritus
enim naturalis perueniens vſqꝫ ad
cerebꝛum. ſi cerebrum fuerit calidum
repertum maioꝛem ibi recipiet depu-
rationem ⁊ ſubtilioꝛem ſubſtantiam.
Quanto autem ſubſtantia eſt ſubtilioꝛ
tanto plus habet de foꝛma ⁊ minus đ
mā: ⁊ quāto ſubſtātia ē ſubtilioꝛ ⁊ foꝛ

formalioꝛ tanto magis ē acuta ⁊ fortō
ris opatōis. ⁊ ſic a tali cerebro trāſmit
tūr ſpūs viſibil' ad oculū paucioꝛ ⁊ ſub
tilioꝛ ⁊ fortioꝛ. Sil'r mō nutrimētū pau
cius ⁊ ſubtilius ⁊ forti⁹. paucitas ergo
ſpūs ⁊ nutrimēti cāt nigredinē vt dicit
auctoꝛ. S; ſubtilitas cā ē nobilioris ⁊
fortioris opatōis. ⁊ ſic tales oculi erūt
nigri ꝓpter pdcōꝝ ſpūum paucitatē.
ſed clarioꝛes ad vidēdū ⁊ nobilioꝛes
ꝓpter ſenſuū ſubtilitatem ⁊ nutrimen
ti puritatē: ⁊ ſic btā virgo ī coloꝛ cutiſ
alba ⁊ rubea mixtum ī capillis āt ⁊ ocu
lis nigra tēperate ſicut ⁊ eius filiū dile
ctum ſpecioſiſſimum forma p̄ filijs ho
minū credimus fuiſſe coloꝛatum.

De hoc ꝙ dicit viro. ca. 46.

Oſt hec querit̄ d̄ hoc ꝙ dicit viro
ꝙ fruſtra vr̄ addi. Oīs. n. deſpōſa
tio virginis fit viro. Qd̄ autē; hic nihil
fruſtra debeat poni. dicit beatus Ber.
Si enim nec foliū ab arboꝛe ſine cauſa
nec paſſer unus ſine patre ueſtro cele
ſti cadit ſuper terram. Poteſt ergo de
oꝛe euangeliſte ſuperfluum defluere. p̄
ſertim in ſacra ſcriptura vbi vt puto
(plēa qppe ſunt omnia ſupernis miſte
rijs ac celeſti ſingula dulcedine redun
dantia) ſi tñ diligentem habeant inſpe
ctoꝛem qui ſciat mel ſuggere de petra
oleumq; de ſaxo duriſſimo. ergo nō ſiū
cauſa debet hic poni viro. Solutio.
hic nō additur viro ad denotandam ſe
xus diſcretionem ſed ad tangendā ſpō
ſi beatiſſime virginis commendatōez.
⁊ ſponſe in ſponſo honoꝛatōez. vir aūt
non notat hic ſexum vel etatē ſed vtu
tem. Fuit ergo ioſeph vir p conſtantiā
fidelitatis quantū ad iuſticiā ptinet. ⁊
per virtutē caſtitatis quātū ad tēpātiā
per excellentiam diſcretionis quantu;
ad prudentiam: per ſtrēnuitatem ope
rationis quantum ad foꝛtitudinē;. Et
ſic in viro notatur excellētia quattuoꝛ
virtutum cardinalium.

De hoc cui nomen erat. cap. 47.

Oſt hec q̄rit̄ de hoc ꝙ dr̄. Cui no
men erat. Ur̄ aūt ꝙ in hoc nimis
diffuſe loquat̄: ⁊ ſupflue. cū idē potuiſ
ſet breuius expſſiſſe dicēdo viro ioſeph
vel noīe ioſeph. Natura. n. vt dicit phi
loſophus: nihil facit fruſtra. ergo mlto
foꝛtius ī verbis a ſpū ſcō dictatis nihil
ē fruſtra. Itē nā nec deficit ī neceſſa
rijs nec abundat ſupfluis. Itē natura
inquātū pōt paucioꝛib⁹ ſe expedit. Itē
ꝓv. io. Qui moderat̄ labia ſua. i. ſuos
ſmones: prudētiſſimus ē. Itē Mat. 12.
de oī verbo ocioſo reddent hoīes rōem
⁊c̄. De his oībus vr̄ ꝙ nihil debeat hic
poni ſuperfluum. Quod cōcedim⁹ di
cētes ꝙ dicendo. Cui nomē erat ioſeph
nō tm̄ uoluit nomē exprimere qd̄ feciſ
ſet dicēdo ioſeph. Sed inſup qd̄ ē nota
bilius ipm nomē deſignare. unī ⁊ hic ⁊
ſupra ubi dixit. Cui nomē nazareth nu
merus cāꝝ ē ſ; numeꝝ lr̄aꝝ. ſ. ut nihil
poni fruſtra ſciatur: ut plenius ⁊ oꝛdīa
bilius deſcribat̄. ut ꝓbabilius credat̄:
totum ꝑfectum monſtretur. locus ⁊ p
ſona ēt noīe honoꝛetur: vt doctrina in
nuatur. ut eccleſia exercitetur. ut euā
geliſta familiaris ⁊ fidelis cōpꝛobetur:
ut humilitas ſponſe declaretur: cu; ita
nominatim ⁊ expreſſe humilis ſponſus
deſcribatur: ut iuſtus apud deum mon
ſtretur: cuius nomen tanquam ī libꝛo
uite ſcriptum in euangelio tam ſignan
ter exprimit̄. ut notus hoīb⁹ intelligat̄
qui teſtis uirginitatis beatiſſime uirgī
adhibetur. ut nomen eius digne in me
moꝛiam hominum uertatur qui in p̄ſe;
dei aſſumitur putatiuum.

De hoc ꝙ dicitur ioſeph. capi. 48.

Oſt hec queritur de hoc ꝙ dicitur
ioſeph. Uidetur autem ꝙ ſponſuſ
beatiſſime uirginis non debuit ioſeph
appellari. Sicut enim rota eſt in rota.
ita uetus lex in noua. Uidetur ergo ꝙ
illud coniugium virginis debuit alicu
bi ī lege figurari: hoc aūt interpretat̄
eccleſia factū fuiſſe ī heſter ⁊ aſſuero.
Si ergo illd̄ cōiugium repreſentat iſtō
figuraliter ⁊ cōiuges illi. ergo nomina
iſta rn̄debunt noībus iſtis. Sed ꝯiunx
heſter eſt aſſuerus. ergo cōiunx dn̄e no
ſtre debuit vocari aſſuerus. Item ſar
ra ī ſenectute ⁊ ſterilis gignens filium
cōtra naturā ī monte ymolandu; figu
ra eſt dn̄e nr̄e. que genuit filiū ſup na
turam ī cruce ymolandum. Si aūt ſar
ra ſignat dn̄am noſtram. ergo ⁊ ſpōſuſ
ſarre ſponſum dn̄e nr̄e. ergo debuit ap
pellari Abrahā;. Ite; ſi dn̄a nr̄a fuit
figurata per rebeccā. ergo marit⁹ ei⁹
debuit appellari yſaac. Item ſi dn̄s
per Sampſone; ⁊ mater eius ſicut mr̄
Sampſonis. ergo ſponſus eius debuit
vocari Manne. Itē ſi ioſeph īterp̄ta
tur augmentū. in iſto aūt ꝯiugio nullū
fit augmētū per ioſeph. ergo nō bene ap
pellatur ioſeph. Querit̄ ergo quis fu
erit figura huius ioſeph in veteri teſtō
Non. n. ioſeph ille filius iacob. cu; ille
geſſerit figurā dn̄i noſtri. vtpote filius
Rachel natus in ſenectute patris. ⁊ in
venditione. ⁊ fratrum liberatōne. ⁊
in mundi ſaluatione. ⁊ in multis alijs.
vt patet in Gen. 41. ⁊ ſequentibus capi
tulis. Ad hoc dicimus ꝙ vna perſona
in veteri teſtamento propter plures ſui
ꝓprietates q̄nq; plures figurauit. Unī
Abraham vbi dicitur ei Gen̄. 22. Tolle
filium tuum ⁊c̄. Figurauit deū patrem
qui propꝛio filio ſuo nō pepercit. vbi vō
eidē dicitur. 12. Egredere de terra tua
⁊ de cognatione tua. ⁊ figurauit filium
qui egreſſus a patre venit in mundu;.
Cum autem dicitur de eo. 13. capi. ꝙ ſe
dit in hoſtio tabernaculi in ipſo feruoꝛ
diei: figurat antiquos patres. qui ſub
vmbra legis ſederūt. ⁊ incarnationem
verbi cu; feruoꝛe deſiderij expectabāt
Simili modo dicimus ꝙ iſte ioſeph in
venditione. in libatione. ⁊ incarceratō
ne. ⁊ egipti ſaluatione. dn̄i figurauit.
Sed in fidelitate. ⁊ caſtitate. ⁊ ī miſte
rioꝛum reuelatione. ꝓcurationis ꝯmiſ
ſione. cibi cōſeruatione. ⁊ terre pꝛelati
one. illius ioſeph figura fuit. Unī ber
nar. Nec vir ergo matris. nec filij pr̄
extitit. quāuis certa ⁊ neceſſaria diſpē
ſatōe vtrūq; ad tēpus ⁊ appellatus ſit
⁊ putatus. Conijce tñ ex hac appellatō
ne qua licet diſpēſatoꝛia meruit hono
rari a deo: ut pater dei ⁊ dictus ⁊ cre
ditus ſit. Conijce ex pꝛopꝛio vocabulo
quod augmentum non dubites īterpꝛe
tari. quis ⁊ qualis hō fuerit iſte ioſeph
Simul ⁊ memento magni illius quon
dam patriarche venditi in egipto. ⁊ ſci
to ipſius non ſolum vocabulum fuiſſe
foꝛtitum. ſed ⁊ caſtimōiam adeptum ⁊
innocentiam aſſecutum ⁊ gratiā. Siq
dem ille ioſeph fraterna ex inuidia vē
ditus ⁊ ductus in egiptum xp̄i vendi
onem pꝛefigurauit. Iſte herodianā fu
giens inuidiam chꝛiſtum in egiptū poꝛ
tauit. Ille domino ſuo fidem ſeruās do
mine noluit commiſceri Iſte dominā;
ſuam domini ſui matrem virginē agno
ſcens ⁊ ipſe continens fideliter cuſto
diuit. Illi data eſt intelligentia ī miſte
rijs ſomnioꝛum. iſti datum eſt conſciū
fieri atq; participem celeſtium ſacramē
toꝛum. Ille frumenta ſeruauit nō ſibi
ſed omni populo. Iſte panem viuum ce
lo ſeruādū accepit tam ſibi ꝙ toti mun
do. Non eſt dubium quin fidelis ⁊ bo
nus homo fuerit iſte ioſeph. cui mater
deſponſata eſt ſaluatoꝛis. fidelis ſeru⁹
⁊ prudens quem conſtituit domin⁹ ſue
matris ſolatium. ſue carnis nutrictu;.
ſolum deniq; in terris magni conſilij
coadiutoꝛem ſibi fideliſſimum. Et ſic
patet ꝙ congrue pꝛefiguratus eſt iſte
ioſeph. nec congruebat eum pꝛefigura
ri per aliquem qui maritus per carna
lem copulam extiterit: cum ipſe ſine

carnali copula ſanctius coniugiu; per
pactionem coniugalem contraxerit. ⁊
coniunx virgo virginem cuſtodiuit. ⁊
debitum miniſterium reddendo ⁊ mr̄i
⁊ filio paterno affectu inſeparabiliter
coniunctus fuit. Proprietas etiam no
minis ⁊ ſignificatio que incrementum
ſonat ipſi nihilominus optime ꝯgruit.
qui per hanc deſponſationem quantu;
ad ſeipſum ⁊ q̄tu ad proximū ⁊ q̄tū ad
deum ſublimatus fuit virtutu; vz aug
mentatione. fame celebritate. hominu;
reuerentia ⁊ dilectione. matris dei fa
miliaritate. ⁊ diuis (vt putabatur) pa
ternitate.

## Quare de domo dd̄. ca. 49.

Oſt hec queritur de hoc quod dr̄
de domo dauid. Non enim videt̄
ꝙ iſte fuerit de domo dauid. Ubicūq;
enim in biblia numeratur popul⁹ reſol
uendo a multitudine in unitatem: pzio
fit diuiſio in trib⁹. ⁊ tribuū in cognatio
nes: cognationum in familias: familia
rum in domos. ſicut patet in ioſue. vbi
per inquiſitionem huiuſmodi furtū in
uenit apud Achoz. Sed B modo ioſeph
non fuit de domo dauid. Item ut p;
per genealogiam deſcriptam in euange
lio liber generationis. Joſeph diſtabat
a dauid. xxviij. generatiōe. ergo n̄ erat
de domo dauid. Similiter queritur d̄
hoc ꝙ dicitur Dauid. Cū enim melioz
⁊ nobilioz ſit cognitio per cauſam ime
diatam: ⁊ propinquā q̄ per cauſam re
motam. melius notificaſſet ioſeph per
patrem immediatum q̄ per dauid.
Si autē dicitur ꝙ deſcribatur a da
uid eo ꝙ dauid promiſſionem eius ac
ceperit. hic autem annunciatur incar
natus. diceretur ꝙ ſecundum hoc debe
ret dici de domo abzahe. qui primo ac
cepit promiſſione; ꝙ in eius ſemine be
nedicerent̄ omnes gentes. gene. 22. Un̄
ad gala. 3. Non dico in ſeminibus ſ; ſemi
tuo: qui eſt xp̄s. Juxta hoc queritur
quare in hac annunciatōne in qua mā
diffuna filij dei conceptio deſcribitur.
Dauid qui quādoq; notorius peccatoz
extitit. ponatur quāuis remot⁹ innua
tur. Item cum in genealogia domini
⁊ peccatores ⁊ peccatrices recitentur.
hic vnus peccatoz ⁊ nulla peccatricū
tangitur. Ad primum dicimus ꝙ dici
tur de domo dauid. non tantum ꝓpter
generis ſucceſſione;. ſed ēt principali⁹
propter virtutum imitationem. ⁊ tales
proprie dicunt̄ eſſe de vna domo. iuxta
illud. Qui habitare facit vnanimes in
domo. Ex conuictu. n. formant̄ mores
Unde Ber. huc accedit ꝙ dr̄ fuiſſe de
domo ⁊ familia dauid. Uere. n. de do
mo dauid. vere de regia ſtirpe deſcen
dit vir iſte ioſeph. nobilis genere. mē
te nobilioz. Plane filius dauid non de
generans a patre ſuo Dauid. Prorſus
inq̄ filius dauid. non tm̄ carne ſed fid̄
ſed ſcītate. ſed deuotione. Quē tanq̄uā
alterum dauid dominus inuenit ſcdm̄
coz ſuum: cui tuto cōmitteret ſecretiſſi
mum atq; ſacratiſſimum ſui cordis ar
chanu;. Cui tāquā; alteri dauid incerta
⁊ occulta ſapientie ſue manifeſtauit. ⁊
dedit illi non ignarum eſſe miſterij. qd̄
nemo principu; huius ſeculi cognouit
Cui deniq; datu; eſt. qd̄ multi reges ⁊
ꝓphe videre uoluerunt ⁊ non viderūt
audire ⁊ non audierūt. Et n̄ ſolū vidē
⁊ audire. ſed etiam portare. deducere.
amplecti. deoſculari. ⁊ nutrire. ⁊ cuſto
dire. Non tm̄ autem ioſeph ſed ⁊ ma
riam credendum eſt de domo dauid de
ſcendiſſe. alioquin nō fuiſſet deſpōſata
viro de domo dauid ſi non ⁊ ipſa eſſ; d̄
domo dauid. Ambo igitur erant de do
mo dauid. ſed in altera completa ē ve
ritas quam iurauit dominus dauid al
tero tm̄ conſcio ⁊ teſte adimplere ꝓmiſ
ſionis. Recte ergo dicitur ſpōſus vir
ginis de domo dauid vt ſcandalū euite
tur. ut eadē trib⁹ eē ꝓbetur: vt amoz
legis in vtroq; oſ̄datur. ut humilitas
nobilitate regia exaltetur: ut paupertas
nobilitati non repugnare doceatur. vt
dauidis humilitas euāgelizetur. vt imi
tatio humilitatis in ioſeph inſtruetur:
vt veritatis promiſſio adimpleatur: vt
genealogia domīe deſcribatur: ut pau
pertas mirabilioz demōſtretur. vt no
bilius exemplum paupertatis ⁊ humili
tatis detur. Quod autē queritur qr̄
dauid hic ponitur cu; peccatoz fuerit.
Rn̄demus ꝙ non ideo hic ponitur. qz
peccatoz fuerit. ſed qz ioſeph carnaliter
ab ipſo deſcēdit ⁊ per imitatione; i vir
tutib⁹ ſimilis ipſi fuit. Nec propter pec
cati maculam quā penitētia deleuit mi
nus in genealogia dn̄i nominari debuit
ſed audacter predicari. cum hoc pecca
toribus confidētiā generet. ⁊ miſericō
diā ei augmentet. q dicit. Eze. 18. Qua
hora peccatoz a via ſua conuerſus fue
rit. oīum iniquitatum ſuarum nō recō
daboz. Quod āt nulla peccatrix hic
tangitur. cauſa eſſe pōt. vt oīs peccati
imitatio vel etiam ſuſpicio a beata vir
gine excludatur. cum ſicut a patre in fi
lios ſic a matribus in filias ſoleat imi
tatio deriuari.

## Quare in genealogia eius boni ⁊ ma li ponuntur. cap. 50.

Uod autem in genealogia domīe
vbi plene deſcribitur. ⁊ bōi ⁊ ma
li in ſerie nominant̄. nō caret rōne. Qd̄
enim a bonis orta fuerit triplex eſt rō.
Una vt antiquitas nobilitatis ipſa; no
bilitate; extolleret. alia vt ſanctitas ip
ſam vndiq; circundaret. Tertia vt hu
militas laudabilioz appereret. Qd̄ aūt
antiquitas nobilitatem extollat ⁊ aug
mentet p;. qz non pōt arboz bona fruc
tus malos facer̄. ⁊ vnde vna queq; ar
boz ex fructu ſuo cognoſcitur: ⁊ ꝙ na
turaliter tale eſt magis tale ē. ⁊ magis
ad virtutem perficitur. qui ad ipſa; ex
nature. origine inclinatur. virtutes. n.
partim ſunt a natura: ⁊ partim a con
ſuetudine. Unde iob. 31. Ab īfantia cre
uit mecum miſeratio. ⁊ ab vtero egreſ
ſa eſt mecum. Unde ſicut diuturnitas
non minuit peccatum. ſed auget tanto
enim maioza ſunt peccata: quanto diu
tius infelicem animam detinent alliga
tam: ⁊ ſicut dicitur Sapi. 4. Adulterine
plantationes nō dabunt radices altas
Jta econuerſo vt ibi dicitur. Pulcra ē
caſta generatio cum cla. Immortalis
eſt enim memoria illius. quia apud de
um nota eſt ⁊ apud homines. Et ſicut
ex iniquis omnes filij qui naſcuntur te
ſtes ſunt nequicie aduerſus parētes in
interrogatione ſua vt dicit̄ ſapi. 4. Jta
generatio rectorum benedicetur. ⁊ iu
ſticia eius manet in ſeculū ſeculi. ⁊ glo
ria ⁊ di. i do. eius. Et ſic beatiſſima vir
go orta ē ex bonis ⁊ magniſ: vt antiqui
tas nobilitatem extolleret. Scda cā
fuit vt ſanctitas eā vndiq; circūdaret
retro p nobilitatē. āte per humilitatē.
ſupra per dignitatem. infra per ptāte;.
a dextris per virtutum ſūmitatem. a ſi
niſtris per peccati immunitate;. intra
per caritatē. Tertia cauſa fuit vt hu
militas laudabiliō appareat. quia vt di
cit Ber. Jn altum ñ altū ſapere. ſ; hu
milibus conſentire nihil deo carius: ni
hil apud homines rarius inuenitur.
his ergo tribus de cauſis nata eſt d̄ bo
nis. Triplici etiam ratione orta fuit
a mal̄. Juxta illud philoſophi. Oppoſi
ta iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Et
illud cant. 2. Sicut liliū inter ſpinas ⁊c̄.
Et illd̄ eccl̄ie. Sicut ſpina roſam gēnit
iudea mariam. Scda cā vt ſapia dei
miſericorditer appereret. Eſt. n. exitus
quo de bono bonum. ⁊ eſt exitus vt de
malo malu;. De primo. Gen. 1. Et vidit
deus cuncta que fecerat. ⁊ erant val

de bona. De ſcõo eccl'ici. 10. Initiũ om
nis peccati ſuperbia. Tertiꝰ exitus ut
de bono malum. vt de muliere initiu;
peccati. Quartus exitus vt ð malo bo
num ⁊ hoc ſolius dei eſt proprium. cu
ius ſapientia vincit maliciã attingens
a fine vſq; ad finem fortiter: diſponẽs
omnia ſuauiter ut dicit̃ ſapi. 7. Ter
tia vt cõfidentiã peccatoribus augmẽ
taret: per hoc ꝙ mediatrix eoru; eadẽ
propinquitate vtrã; extremitatem cõ
iungeret: ut ſicut eſt mater. ſoror. ⁊ fi
lia dei ſic etiã a natura iclinaretur ad
miſerendũ peccatori: Propter quod fi
guratur p arcum in nubibus celi: in ſi
gnu; federis inter celũ ⁊ terrã. Gen. 9.
Nõ eni potuit deus cum peccatoribus
efficaciꝰ ſtabilire pacem q̃ ꝙ filia; pec
catorum ſuo filio accepit vxorẽ ⁊ ſpon
ſam ⁊ matrem: Nec aliquis fideliꝰ iter
deum ⁊ hominẽ pace; facit q̃ q̃ mater
vtriuſq; fuit. Ex p̃dictis ergo relinqui
tur ꝙ ⁊ Joſeph ⁊ beatiſſima virgo ð do
mo dauid intimatur eſſe.

De nobilitate virginis. ca. ſi.

Oſt hec querit̃ de nobilitate vir
ginis. Querit̃ ergo vtrum matrẽ
dei nobilẽ cõgruat eſſe ſcðm carnem ⁊
videtur ꝙ nõ. i. cor. i. Non multi ſapiẽ
tes ſecundum carnẽ: nõ multi potẽtes:
nõ multi nobiles. Sed ignobilia mun-
di ⁊ contemptibilia ⁊ ea que non ſunt
elegit deus. Sed beatiſſimã virginem
elegit ⁊ preelegit. ergo debuit eſſe igno
bilis. Itẽ glo. ſuper illud. Venit eni;
humilis deꝰ querens humiles non altos
Itẽ ibidem. Nõ elegit reges vel ſena
tores uel phos vel oratores ſed plebe
ios pauperes indoctos piſcatores. ergo
cũ beatiſſima virgo ſit pre oibus iſtis
electa pre omnibus iſtis debuit eẽ ple
beia ⁊ paupercula. Itẽ maior humi
liatis videtur ex parte dei. de ignobili
q̃ de nobili incarnari. Quod ſi conce

datur. Cõtra quanto plus eſt aliquid
eleuatũ in ſummum tanto plus põt depri
mi in deorſum. quãto eni; mons altior
tanto vallis profundior. ergo quãto ma
gis aliquid eleuatũ eſt in ſurſum per
nobilitatem ⁊ dignitatẽ. tanto plus ðt
deſcendere per humilitatẽ. Sed beatiſ
ſima virgo fuit humilitatis profundiſſi
me. ergo debuit eſſe nobilitatis ⁊ digni
tatis excellẽtiſſime. Unde Auguſtinus
Que nũquam fuiſſet ſuper oẽs choros
angelorũ exaltata niſi fuiſſet ſuper oẽs
homines humiliata. Itẽ Bernardus
in alto nõ altum ſapere ut ſupra. Sed
beatiſſima ṽgo fuit deo cariſſima. ergo
debuit eſſe alta ⁊ nõ ſapere alta ſed hu
milibus cõſentire. Itẽ Ber. qs nõ fe
ret tollerabilius ſupbiam in diuite q̃ i
paupere: ergo ſuperbia eſt tollerabiliõ
in diuite q̃ in paupere. Sed humilitas
in beata ṽgine fuit laudabiliſſima. er
go fuit i nobili ⁊ diuite. Itẽ ieronimꝰ
ꝙ ſeruitia minus ſunt grata quãto ma
gis ſunt debita. ſed ſeruitia magis ſũt
debita in ſeruis q̃ i ingenuis. ergo mi
nus ſunt grata in his q̃ in iſtis. ⁊ plus
grata i ingenuis. Sed ſeruitia btiſſime
ṽginis q̃ erãt maxime ſeruitutis ut cẽ
ſus ⁊ ſolutio ⁊ profeſſio ⁊ ſimilia erant
deo gratiſſima. ergo erãt in perſona no
biliſſima. Ex his videtur ꝙ cõgruit ꝙ
beata virgo fuerit nobiliſſima. Qð
autẽ ſic fuerit ſic manifeſtum eſt. No
bilitas rei i tribus conſideratur i cau
ſa in ſubſtãtia in efficẽtia. In cauſa ſi a
nobili origine principiũ ducat. In ſub
ſtantia ſi nobilem ſubſtantiã ⁊ proprie
tate; in ſe poſſideat. In efficentia ſi no
biles effectus ex ſe producat. Beatiſſi-
ma virgo fuit nobiliſſima vtpote filia
principis in quo ſibi deus populum pe
culiarẽ elegit ⁊ diſtinxit ab alijs. Abra
ham videlicet a quo ipſa. xl. ⁊ vna ge-
neratiõe deſcendit. In ſubſtãtia quã ⁊
nature perfectionẽ ⁊ gratie plenitudi

nem in ſe hereditauit. In efficẽtia qua
ipſum deum de ſe filium generauit. er
go beatiſſima virgo in omnibus in qui
bus nobilitas conſideratur in ſummo
nobilis inuenitur. Juxta hoc queri
tur in quibus conſiſtat iſta nobilitas
ſecundum carnem. Et q2 dicitur ꝙ no
bilitas nihil aliud ſit niſi inueterate di
uitie. ergo uidet̃ ꝙ in diuitijs. Secũdũ
autẽ hoc beatiſſima virgo non fuiſſet
nobilis que fuit paupercula ⁊ a paupe
ribus generata. uidetur ergo ꝙ nobili
tas iſta nõ ſit a rebus. Similiter au
tem ꝙ neq; a corpore. nobilitas enim
corporis eſt a nobilitate complexionis.
Inueniũtur autem reges ⁊ pñcipes q
nobiles dicuntur ⁊ ſunt ſecundum car
nis complexionem melancolici vl' fleg
matici ⁊ econtrario ruſtici ſanguinei ⁊
colerici. ergo nobilitas iſta non trahit̃
a corpore. Item videtur ꝙ nec ab ani
ma. Anime enim non ſunt ex traduce
ergo anima filij nihil nobilitatis acci-
pit ab anima patris. Seneca dicit ꝙ
non facit nobilitatem atrium plenum
fumoſis ymaginibus quia quod ante
nos eſt noſtrum non eſt: non enim ad
noſtram vixerunt gloriam. Et vult pro
bare. ſicut omnes qui locuntur in hac
materia ꝙ tãtum nobilis eſt ille quem
nobilitat ſua virtus. Et nobilitas eſt ſo
la animũ que moribꝰ ornat: Et ſic vide
tur ꝙ nobilitas ſecundũ carnem nihil
ſit. Ad hoc dicimus ꝙ beatiſſima vir
go ſecundũ omnem nobilitatis ⁊ digni
tatis modum eẽ debuit ⁊ fuit nobiliſſi
ma ⁊ digniſſima in ſummo. Notandu;
ergo ꝙ ſicut in opponendo tactũ eſt ge
nealogie nobilitas completa in tribus
conſiſtit. In conditionis libertate in of
ficij dignitate in vite ſanctitate. Liber
tas conditionis in tribus conſideratur
in cauſa. in ſubſtantia. in efficentia. In
libertate. que eſt in cauſa ſiue origine
beatiſſima virgo fuit liberrima. utpote

filia principis. cui deus dixit gen. 21.
In yſaac vocabitur tibi ſemen. Iſaac h
autem non eſt filius ancille ſed libere.
Item ad patrẽ. Princeps dei es apð
nos. Item ad filiã. cant. 7. Qua; pul
chri greſſus tui in calciamẽtis filia pri
cipis id eſt opera tua in exemplum ſan
ctorum quos imitaris: ⁊ oẽs excellis.
Et ſic fuit liberrima in cauſa. Fuit
etiam liberrima in ſubſtãtia quã facit
immunitas a peccato. ⁊ gratie plenitu
do. Unde Aue gratia plẽa Joh. 8. Qui
facit peccatũ ſeruus ẽ peccati. Ita ecõ
uerſo. Ubi ſpiritus dñi ibi libertas. 2.
cor. 3. Ipſa ergo btiſſima virgo ſemen
abrahe eſt peccato nõ ſeruiuit unquã:
implens illud aplicum Jaco. 2. Sic in
cipite ſic loquimini ſic facite tanquã in
cipientes iudicari p legem perfecte li
bertatis: ⁊ ſic liberrima fuit in ſubſtan
tia que nũquam peccatũ fecit. ⁊ gratie
plena fuit. Fuit etiã liberrima in effi
centia paſſiua ⁊ actiua. paſſiua. Seruis
enim dicitur Joh. 8. Si filius uos libe
rauerit. vere liberi eritis. Et ſecundũ
gloſã. liberauerit ponitur pro liberabit
Si ergo ſeruus a filio liberatur. multo
fortius mr̃ quia mr̃ filij liberrima erit.
Itẽ ſi veritas illos liberat quos illu
minat: potius illã liberauit que eũ ge
nerauit. Itẽ in efficiẽtia actiua liber
rima eſt. ipſa enim eſt que omne; crea
turã a ſeruitute corruptõis liberauit i
libertatẽ glĩe filiorum dei. vbi ceſſat om
nis ꝑlatio vbi ſeruꝰ liber eſt a dño ſuo.
Sicut aũt orta eſt a nobiliſſimis ſic a
digniſſimis. vt eius nobilitas comple
ta eſſet quaſi a digniſſimis ⁊ nobiliſſi
mis traducta. ergo fuit btiſſima virgo
nobiliſſima in cauſa ſubſtantia ⁊ effi
centia. In cauſa triplex erat digni
tas a quibus eſt originata. regalis. ſa
cerdotalis. prophalis. Pria corporalis
Secunda ſpiritualis. Tertia celeſtis.
quia futura predicere donum dei eſt.

Ṽga ergo eſt de ſtirpe regali ut in da
uid τ in alijs. patriarchali ut in abra
ham τ in alijs. prophetali. ut ĩ nathã.
τ ſic fuit digniſſima in cauſa. Simi
liter in ſubſtantia. Ipſa enim iſtam tri
plicem dignitatem habuit ĩ ſubſtantia
ſua τ perſona. fuit enĩ regia. ut ait ps.
que aſtitit a dextris eius in veſtitu de
aurato. fuit ẽt ſacerdos iuſtitie que pro
prio filio ſuo non pepercit. Sed ſtabat
iuxta crucem ihũ vt dicit Ambroſius
non vt mortem filij aſpiceret. non ut
dolorem filij conſideraret. ſed ut ſalu
tem humani generis expectaret. Fuit
ẽt prophetiſſa ſapiẽtie yſa. 8. Acceſſi in
gt ad prophetiſſam τc̃. Et ſic fuit di-
gniſſima ĩ ſubſtantia. Fuit etiam di
gniſſima ĩ efficientia. Ipſa enim tripli
cem dignitatem originaliter tranſmiſit
in filium prĩcipaliter. ſpecialiter in nos
Nam filium genuit: qui rex. τ ſacerdoſ
τ propħa fuit. Rex. quia in veſtimento
τ ĩ femore ſuo ſcriptũ hab;. i. thim. 6.
Rex regum τ dominus dominantiũ.
De quo ſolo ſapientes ſapienter queſie
runt dicentes mat. 2. Ubi eſt qui natus
eſt rex iudeorũ. Sacerdos ad hebr. 6.
Qui ẽ ſacerdos iuſtitie ſecundum ordi
nem melchiſedech. τ ibidẽ. 9. Qui per
proprium ſanguinẽ introiuit ſemel ĩ ſã
cta eterna redẽptione ĩuenta. Prophe
ta. luce vlt. Ipſe enim fuit propħa po-
tens in opere τ ſermone. Iſtam tri-
plicem dignitatem in nos beata virgo
trãſmiſit. que nos deo fecit regnũ τ ſa
cerdotes. ymo regale ſacerdotium. τ
ſacerdotale regnum. de quo luce. i. Et
regnabit in domo iacob in eternũ. Sic
ergo patet quomodo nobiliſſime genea
logie beata ṽgo fuit. Qđ autẽ queri
tur quid fuerit iſta nobilitas ſecundũ
carnem reſpondemus. ꝙ nobilitas ſe
cundum carnẽ eſt traductio carnalis
originis a parentibus ſecundũ ſeculũ
in diuitijs vel potẽtia vel dominio con

ſtitutis. ex quibus quãtum ex parte na
ture eſt cauſatur ĩ filijs ſimilitudo cõ
plexionis τ cõformitas morũ τ imitatõ
operationis. Homo enĩ pauper τ igno
bilis ſi diuitijs ceperit affluere incipiet
delitijs magis vacare. cibis delicatiori
bus ſe nutrire. τ ſic complexionẽ nobi
litare. exercitijs honeſtioribus occupa
ri. parua damna minus curare. paruis
lucris minus inhyare. dona min⁹ cura
re. alienũ dominiũ minus timẽ. liber
tatem magis appetere. maiorũ conſor
tia contrahere cum ipſis murmur iun
gere τ eorum opera τ mores imitari. τ
ſic natura primo ſeruilis τ ignobilis vi
cta per conſuetudinem in contrarium
tranſmutatur. Et quanto hec a remo
tiori τ diuturniori radice ad ramos
traſmittitur. tanto magis nature incli
natio induratur. τ inſeparabilior effici
tur. ut in filijs quantũ ex parte nature
eſt ad cõſimilia patrib⁹ inueniatur icli
natio naturalis. τ hec apellatur nobili
tas carnis que quantũ eſt õ ſui natura
ſemper ad honeſta τ decentia plus ꝗ̃
ad vilia incliatur. τ hoc totum verum
eſt niſi libertas arbitrij vel cõſuetudo
vel alia cauſa extrinſeca cõtrariũ ope
retur. Et ſic patet ꝙ nobilitas nõ eſt tã
tum ex qualitate complexionis. cũ rex
vel digna perſona melancolice comple
xionis magis ſit audax vł largus ruſti
co. qui eſt ſanguinee complexionis. pro
pter conſuetudinem. Licet etiam ani
ma nõ ſit ex traduce. tñ exiſtens in car
ne operatur plus vel frequentius ſecũ
dum ꝙ a carne amplius ad aliquid in
clinatur. Si queratur etiã an ſola no
bilitas mentis ſit laudanda. Reſpõde
mus ꝙ ſi qualitas operationis contra
ria ſit nobilitati originis: tanto vicioſi
or τ deteſtabilior eſt deformitas opera
tionis. quãto magis eſt contra natura
lem inclinationẽ originis: τ ſic magis
culpabilis eſt nobilis vicioſ⁹ ꝗ̃ ignobi

lis. Ubi autem nobilitas originis perfi
citur τ ornatur nobilitate morum τ
operis: utraq; alteri preſtat incremen
tũ laudis. Deinde virtus originis oſtẽ
ditur in operatione ſi non quaſi aduen
ticiam vel cito mutabilẽ ſed quaſi pro
priam τ innatam τ debitam nobilitatẽ
contraxerit a parente. Et dum virtus
mentis dictum fundamentũ τ radicẽ
hab;. ſ. nobilitatem carnis. difficili⁹
a virtute mouetur: dignitatibus non
mutabilibus ſed quaſi innatis minus
eleuatur: τ humiliationibus quaſi ma
gis indignis altius exaltatur. τ ſi virt⁹
mentis forſan tepuerit: ipſa carnis no
bilitas ipſam ad nobilia excitat. Inde
eſt ꝙ qñ he due nobilitates cõiungun
tur ambe merito collaudantur. Si au
tem ſeparantur nobilitas carnis non
laudatur ſ; vituperatur. nobilitas autẽ
mẽtis ſine nobilitate carnis tanto am
plius laudatur quanto etiam propriã
vincens naturã laudabiliter operatur
vnde Iuuẽalis. Malo pater tibi ſit ter
ſites. dummodo tu ſis Eacide ſimilis:
vulcaniaq; arma capeſſas Quã te ter
ſiti ſimilẽ producat achilles. Ite; ali
us. Conſultor procerũ ſeruos contem
ne bilingues. Qđ autem obicitur ꝙ
non multi potentes ſ; carnẽ τ nõ mł
ti ſapientes τc̃. dicimus ꝙ hoc intelli-
gendum eſt de predicatoribus ꝑ quos
mundus erat ad fidem conuertendus
quos congruebat eſſe plebeios τ indo
ctos: ne eorum potentie τ ſapientie vł
dignitati aſcriberet illud quod deus
per gratiam τ eorum miniſterium ope
rabatur: τ ſic crux xp̃i euacuaretur.
Unde congruebat ꝙ non in doctis hu
mane ſapientie verbis nec ĩ potẽtia di
gnitatis homines ad fidẽ deciperent
vel cogerentur: Sed ſimplicibus ſim
plicium verbis exterius cooperantib⁹
diuina virtute interius operante humi
les ad humilem humiliter vocarentur

τ ſic deus humilis exaltetur τ dyabo-
lus qui per ſuperbiam vincebat: ꝑ hu
militatem vinceretur. Unde glo. ibidẽ
Niſi fideliter precederet piſcator: non
humiliter ſequeret orator. Aliud autẽ
reformabat pactũ in matre quam dece
bat modis omnib⁹ quibus potuit exal
tari τ ſibi noſtrã naturã vniendã in ip
ſa. de qua eã aſſumpſit: ꝑ omnia hono
rare. ut ſua erga nos gratia tãto maior
appareret: quãto noſtrã naturam ſibi
inſeparabilius vniret. Et quanto mo-
dus illius vnionis multiplicius decora
ret: eius quoq; humilitas tanto profun
dior τ maioris gratie capacior fieret:
quanto etiã τ gratie plẽitudo τ nobili
tas eleuaret.

Cur beata virgo nõ ꝑ ſe ſ; ꝑ Ioſeph
genealogizetur. ca. 52.

Oſt hec queritur cũ de nobiliſſima
genealogia deſcendiſſet ṽgo bea
ta: quare ꝑ ſe non ſit ſed per Ioſeph ge
nealogizata. Ad quod reſpõdet Dama.
Oportet ſcire ꝙ nõ fuerit ↄſuetudo he
breis neq; diuine ſcripture genealogi
zare mulieres: lex autem erat non de-
ſponſare tribũ ex alia tribu: Ioſeph au
tem deſcendens ex dauitica ſtirpe τ iu
ſtus exiſtens. hoc enim illi teſtatur euã
gelium diuinum. non vtiq; inquit vir
ginem ſanctam ad deſponſationem du
xiſſet: niſi ex eius ſceptro deſcende-
ret. monſtrans ergo viri Ioſeph deſcẽ
ſionem contentus eſt. Ex hoc autem
oritur queſtio quare ſacra ſcriptura nõ
genealogizet mulieres τ maxime bea-
tam virginem. Et ſi hoc eſſet propter
ſexus indignitatem tunc cum maior ſit
indignitas culpe ꝗ̃ nature: potius mali
ꝗ̃ mulieres non debent genealogiza-
ri: hoc autem patet eſſe falſũ ut ĩ cayñ
τ exau. Si ãt hoc diceret ꝙ hoc ſit ꝑ

generandi principalitatem quia ma-
ſculus generat in altero. per hoc ad
huc non ſoluitur quia genealogizandi
a maribus z feminis generantur. Si
autem dicetur. ꝙ hoc ſit propter pecca
ti initium quod fuit a muliere. ſecūduz
hoc viri non deberent genealogizari.
quia per virum tranſmiſſum eſt pecca
tum originale z in adam omnes pecca
uerunt. Non enim peccatum originale
contraxiſſemus ſi adam non peccaſſet
Item ſi dicitur ꝙ ꝓpter miſterium.
quia filij ſignificāt opera virtutum. fi
lie opera infirmitatis. hoc ſufficere nō
videtur cum mali filij expreſſius opera
mala ſignificent q̄ filie. Et ſic nulla vi
detur cauſa ꝙ mulieres non genealo
gizentur in ſacra ſcriptura. Item cō
ſtat ꝙ hoc ipſum ꝙ non genealogizan
tur ſit in aliquam penam mulierum.
ergo quicquid fiet de alijs: illa benedi
cta inter mulieres que exempta eſt ab
omni peccato muliebri. ceſſante cauſa
maledicti. debuit genealogizari. Ad
quod reſpondemus ꝙ nō eſt ſacre ſcri
pture mulieres genealogizare propter
cauſas in apponendo tactas ſimul iun
ctas. quia ſeruus indignior. natura po-
ſterior. culpa prior. ad opera infirmita
tis cōgruentior figuranda. Unde apo-
ſtolus. i. thim. z. Mulier cum ſilentio
diſcat cum omni ſubiectione. docere āt
mulieri non permitto. neq; dominari
in virum. ſed eſſe in ſilentio. Adam. n.
primo formatus eſt. deinde eua. Sed
adam non eſt ſeductus. mulier autem
ſeducta in preuaricatione fuit. Quod
autem obicitur ꝙ mali genealogizanſ
dicimus ꝙ non eſt inquantum mali vl
quia mali: nec eſt de principali intenti
one ſcripture inquantum huiuſmodi
genealogizare. ſed accidit. quia mali n̄
inquantum mali generantur a bonis
z etiam boni licet inquantum huiuſ-
modi non deſcendunt ab ipſis. Unde

cum alicuius actiua generatio deſcri-
bitur. quandoq; mali. quandoq; boni
ponuntur qui omnes inquantum boni
bonitate nature a bono naturalr oriūſ
Similr quādo alicuius boni generatō
paſſiua deſcribitur z boni patres z ma
li numerātur. quia bonus. z a bonis z
a malis ꝓpagatur. Itē trāſgreſſio pri
mi principali᷒ īputatur. qr origo pec
cati ade z per cōſequēs omniū ꝑditorū
ipſa fuit. Itē filie cōgruētius ſigificāt
opa mala q̄ filij mali. rōe ſex᷒ īfirmiōiſ
z ſic opa īfirmitatis ſigificāt ꝯgruēti᷒.
His ergo rationibus mulieres in penā
earum non genealogizantur. a qua ma
ledictione penitus exempta eſt beatiſſi
ma virgo. cui᷒ genealogia expreſſiſſime
declaratur. z patentiſſime hoc euange
lizatur. z quoq; commendat eius priui
legium dignitatis: qr pre omnibus mu
lieribus genealogizari notat excellen-
tiam dignitatis. Qd autem hic fit per
virum deſponſatum ſibi. declarat emi
nentiā dignitatis z humilitatis. vt ma
nifeſtetur mirabilis pulcritudo digni-
tatis z humilitatis. cum z dignitas
extollit dignitatem. z humilitas ſuper
omnia precipue ornat dignitatem.
Unde Bernar. in libro de conſideratō
ne. Qui virtutum eque potens oēm
demonum debellare ſuperbiam. tiran
nidem hominum? Ceterum cum omni
indifferenter perſone. hec ſit quedam
turris fortitudinis a facie inimici. ne
ſcio quo pacto. tamen uis eius maior ī
maioribus. z clarior in clarioribus cō
probatur. Nulla ſplendidior gemma ī
omni precipue ornatu ſummi pontifi
cis. Quo enim celſior ceteris. eo hu
militate apparet illuſtrior z ſeipſo. Sic
ergo dominus priuilegiauit matrem
ſuam ſuper omnes mulieres in eo ꝙ
genealogizaretur. z humilitate ador-
nauit quia hec genealogia ad ipſaz per
virum deſcēdere demonſtratur.

De hoc ꝙ dicitur z nomen virginis. c. 53.

Oſt hec queritur de hoc qr dr no
men virginis in genitiuo: z ſupi᷒
de ioſeph. Cui nomen per datiuuz. Ad
qd rn̄demus ꝙ datiuus cōſtruiſ acqſi
tiue: genitiu᷒ vero poſſeſſiue: z nomen
ioſeph aſcribiſ ꝑ datiuū. qr ſignificatō
ſui nois ꝑſonat augmētū ꝑ ſpōſalia cū
btiſſima virgīe ei accidētalr acqſitū.
Btā āt virgo ſignificationē nois ſui n̄
quaſi de nouo acquiſiuit: ſed ī hoc etiā
nata fuit. Semp. n. ſtella maris fuit z
tam p̄cedētes ſe q̄ ſequētes illuminauit
qr niſi ꝑ fidē verbi incarnati. vel icar
nandi de virgine nunq̄ aliqui ſal᷒ fuit
vnde ipſa in fide z hominū z dei elec-
tione z cōfirmatiōe dn̄a z regina crea
turarum oīum ſemper fuit.

Quare nomen maria. Capi. 54.

Oſt hec queriſ qr̄o matrem dei
cōgruat appellatā fuiſſe mariaz.
Et videſ ꝙ poti᷒ appellari debuit eua.
qr in Gen. 3. dicitur. Et vocauit nomē
eius eua. eo ꝙ eſſet mr̄ oīum viuētiuz.
Si ergo illa ē appellata eua que erat
mater oīum viuentiū. vita nature. mlͥ
to fortius illa beatiſſima virgo debuit
vocari Eua que ē mater omniuz viuē
tium vita grē. Eua enim interpretatur
vita. Itē nuſq̄ inueniſ in veteri teſtō
ꝑ aliquā mulierē huius nois figurata.
ergo vr̄ ꝙ poti᷒ debeat vocari Rachel
vel Rebecca vl Judith vel Heſter per
quas fuit beatiſſima virgo figurata.
Item cū iſta virgo fuerit ſingularis
īter oēs que nec p̄mā ſimilē viſa ē nec
habere ſequētem: iure ergo nec ſimilē
hēre debuit in noīe. ergo cū multe p᷒
z ante fuerint marie. dn̄a noſtra n̄ de
buit illud nomē hēre. Itē ſicut ſe hz
res ad rem. ita nomen ad nomē. ſz btiſ
ſima virgo filio ſuo dn̄o ieſu xp̄o ſiliſſi
ma fuit in re. ergo z in noīe. ergo vide
tur ꝙ a xp̄o debuit xp̄iana vocari. vel a

recreat ōe recreatrix appellari: vl aliō
digniſſimuz nomē cogitari. Itē canit
eccleſia. Sumens illud aue zc̄. videtur
ergo ꝙ btiſſima virgo debuerit aue ap
pellari. Ad hoc rn̄demus ꝙ hoc nom
beatiſſime virgini in hoc loco cōgruen
tiſſime adaptaſ. z propter rei ꝑfectōēz
que ī noīe denotatur. z ad exprimendā
proprietatem conceptionis que hic an
nunciatur. z ad ſignificandum ſtatuz
mediationis beatiſſime virginis quo
mediante genus hūanū ꝑ mare huius
ſeculi ad portū celi: exemplo. ſuffragio
z merito reuocatur. Unde Bernar. Lo
quamur pauca ſup hoc nomīe. qd īter
pretatum maris ſtella diciſ: z mr̄i vgī
valde couenienter aptatur. Ipſa nāq;
ſideri aptiſſime comparaſ. qr ſicut ſine
ſui corruptione ſidus emittit radium
ſic abſq; ſui leſione virgo ꝑtulit filiuz.
nec ſideri radius ſuam minuit clarita-
tem. nec virgini filius ſuaz integritatē
Ipſa ē ergo nobilis illa ſtella ex iacob
orta. cuius radius vniuerſum orbem il
luminat. cuius ſplendor prefulget ī ſup
nis z inferos penetrat terras ēt perlu
ſtrans z calefaciens magis mentes q̄
corpora. fouet virtutes. excoquit vicia
Ipſa inq̄ eſt preclara z eximia ſtella ſr
hoc mare magnū z ſpacioſum nec ſſa
rio ſubleuata. micās meritis. illuſtrās
exemplis. O quiſquis te intelligis ī hu
ius ſeculi profluuio magis īter ꝓcellas
z tempeſtates fluctuare q̄ ꝑ terrā ābu
lare. ne auertas oculos a fulgore hui᷒
ſyderis ſi non uis obrui procellis. Si ī
ſurgant venti temptationum. ſi incurraſ
ſcopulos tribulationuz reſpice ſtellam
voca mariam. Si iactaris ſuperbie vn
dis. ſi ambitiōis. ſi detractionis. ſi emu
lationis. reſpice ſtellam. uoca mariaz.
Si iracundia. ſi auaricia. aut carnis il
lecebra naui culam concuſſerit mentis
reſpice mariam. Si criminum immāi-
tate turbatus conſcientie feditate cō
fuſus. iudicij horrore pterritus baratro

incipias abſorberi triſticie. deſperati
onis abiſſo cogita mariam. In p̄iculis:
i anguſtijs: in rebus dubijs. Mariam
cogita: Mariã inuoca. Non recedat ab
ore. non recedat a corde. Et ut īpetres
eius orationis ſuffragiũ ne deſeras con
uerſationis exẽplũ. Ipſam ſequens non
deuias: ipſã rogãs nõ deſpas. ipſam co
gitans: non erras. Ipſa tenente nõ cor
ruis. ipſa protegente non metuis. ipſa
duce nõ fatigaris: ipſa propitia p̄ueis.
Et ſic ī temetipſo experiris q̄ merito di
ctum ſit ꝛ nomen virginis maria. Ma
ria. n. interpretatur dñã. ſtella maris. il
luminata. illuminatrix. amarum mare. Ip
ſa. n. oīum quorũ deus dñs ē: ē dña. ī
quo notatur ſigna excellentia veri ſol
ſine corruptione vel diminutõe. in quo
exprimitur proprietas ſue conceptõnis
Ipſa diuinarum illũinationũ immediata:
ſuſceptiua. ipſa oīum bonitatũ vniuer
ſaliter diſtributiua. Inde dr̃ ſtella ma
ris. quia ipſa omnibus p̄ſtis vite grãijs
ſemper plena. Unde dr̃ maria: q̃ ſic
in mari eſt omnium aquarum cõgrega
tio. ita in ipſa eſt congregatio omnium
gratiarum. Unde Gen̄. p̄. Congregatõ
nes aquarum vocauit maria. locus āt
omnium gratiorum vocat̃ maria. Ipa
in ſui ipſius conuerſatione per totum
amara: in filij paſſione amariſſima. oī
bus de amaritudine exeuntibus ipſa
exemplum fuit ꝛ cã. His autem rõibus
beatiſſima virgo hic appellatur maria
nõ autem hic debet eua appellari eo q̄
ſit mater cunctorum viuentiũ p̄ gene
rationem ſpũalem: cum de illa ſpiritua
li generatiõe hic per ſe nõ agatur. ſ; d̃
carnali eius generatione: qua ex ſuis
caſtiſſimis carnib⁹ ꝛ ſanguibus genuit
deum eius vnigenitum ꝛ primogenitũ
ꝛ omnium redemptorem. Hec enim in
filij conceptione ſine dolore antequam
parturiret peperit. ꝛ antequam veniret
partus eius peperit maſculũ filiũ ſuũ
primogenitum ieſum chriſtum. ſine do
lore. ſine corruptione. ſine diminutiõe.
Et ideo congruenter deſignatur noie
ſtelle: quia ſicut ſidus radium profert
virgo filiũ pari forma. Neq; ſidus ra
dio. neq; mater filio fit corrupta. Tem
pore vero paſſionis vbi mater miſericõ
die p̄ri miſericõdiarum ī opere ſumme mi
ſericordie affuit. ꝛ dolorem paſſionis ſe
cum ſuſtinuit. nam ipſius animam per
tranſiuit gladius. ꝛ conſors paſſionis
adiutrix facta eſt redemptionis. ꝛ ma
ter generationis. propter fecunditatẽ
ſpiritualem qua totius generis huma
ni mater ſpiritualis effecta eſt. non
ſine parturitione doloris omnes nos in
vitam eternam in filio ꝛ per filium vo
cauit. ꝛ regenerauit. Ideoq; mulier me
rito dicta fuit. Nomine autẽ eue voca
ri non debuit cũ in re ꝛ effectu contra
ria fuit per omnia: Illa enim damnat
iſta ſaluat. Unde ipſa nomẽ eue muta
uit non voce quidem ſed re. Illa q̄dẽ
omnes homines generat in mundum
iſta in celum. Illa mater carnalis. iſta
ſpiritualis. Illa mr̃ miſerie. iſta mater
miſericordie. Illa principium mortali
tatis. iſta principiũ regenerationis. il
la gratiam p̄didit. iſta gratiam īuenit.
Illa trãſiuit ꝛ nos tranſire fecit d̃ grã
in culpam. iſta ſurrexit ꝛ nos ſecũ ſur
gere fecit de culpa in gratiã. Illa de la
tere uiri dormientis fcã. iſta de corde
dei uigilãtis. Illa uiro ſuo occaſio p̄di
tõis. hec viro adiutoriũ redemptõnis
Illa deſponſatur origo corruptionis. hec
deſpõſatur manſura virgo virginũ. Il
la prima virginitatẽ perdidit. iſta p̄ma
virginitatẽ deo conſecrauit. Illa a dya
bolo decepta: hec ab angelo edocta.
Illam dyabol⁹ vicit p̄ ſuperbiam. iſta
dyabolum vicit p̄ humilitatem. Et ſic
patet qualiter mutauit nom̄ eue. Qd̃
autem obicit̃ q̄ per nullã huius nois
figuratur. Dicimus q̄ hoc congrua diſ
penſatione agitur. vt dum nulla ipſam
figurans ſimile habeat nom̄. ipſa ſignã

tiũ oīum oſ̄datur trãſcendere rõnẽ vt
pote que nec primã ſimilẽ viſa ē nec ha
bere ſequẽtẽ. Qd̃ autem huius nois
demōſtrauit. ⁊ ſic ſumma pphetiſſa
fuit. Jtē ꝙ ſexus nō repugnet pȝ quia
in nouo ⁊ veteri teſtamēto prophetiſſe
fuerunt. Unde in luc. 2. De Anna pro
phiſſa commemorat: Jn actibus apl'o
rū de philippo qui hūit ſeptem filias q̄
pphetabant Cetera ut ſupra d pphia.

De euangeliſtis. ca. 159.

Equitur alios vo euāgeliſtas. lu.
2. Maria aūt cōſeruabat ⁊c̄. glo.
Ut cū tēpus ꝑdicāde vel ſcribēde icar
natōis adueniret: ſufficienter oia put
eſſent geſta poſſet explicare. Cetera vt
ſupra de aureola ꝑdicatorum.

De paſtoribus. ca. 160.

Equit alios autē paſtores. Quali
ter hoc donū habuerit btā virgo
q̄re in tractatu de ſacramentis. in ſa
cramēto ordinis. ⁊ qliter nos pauit in
tractatu de btitudinibus i gradib⁹ pau
pertatis: Sic ergo hūit btā vgo ⁊ huc
quaternariū gratiaꝝ. Ex his manife
ſtuȝ ē ꝙ btiſſima dn̄a habuerit vniuer
ſitateȝ gratiarū gratuitaꝝ ⁊ gratis da
tarum quod oīſariam credimus eē ve
rum. Ad ſolutioneȝ in ꝯrīu obiecto
rū dicimus taliter diſtiguendo: ꝙ do
norum gratis datorū ⁊ nō gratum faci
entiū. quedā dant in miſteriū ⁊ nō in
pprīū ꝑfectū vt pphetia Balaā ⁊ Cay
phe. q̄dā aūt ad pprīū ꝑfectū ⁊ aliorū
miniſteriū: ut dona ſpūs ⁊ lingue ⁊ ſcia
aplīs data: q̄dā aūt in propriū ꝑfectuȝ
ſui ⁊ nō alioꝝ. ut dona inſtructōis bea
tiſſime dn̄e. ⁊ talium. tūc quedā dātur
ad ꝑficiendā indigentiā: quedam ad de
corandā potentiam. ⁊ nobilitandā na
turam. ⁊ honorandam ꝑſonā. Et ſic ha
buit btiſſima virgo huiuſmodi dona
nō ad miniſteriū. ſȝ ad decorationis cu
mulum. ad perfectionis ⁊ delectatiōis
augmentū. i materiā laudis ⁊ honoris
incrementum. ⁊ oium bonorum ſpūali
um complementum.

De gratijs ſpālibus. ca. 161.

Jcto qliter btiſſima vgo hūit oēs
gratias communes. Sequit vide
re qualiter hūit ſpāles quas in alijs ſā
ctis ē reperire. Aliaꝝ aūt ſunt q̄ perti
nent ad generationē ſiue vite ingreſ
ſum. Quedam ad conuerſationeȝ. que
dam ad mortem: Circa generationem

inueniūtur gn̄a; que ſunt. Prefigura
tio. Annūciatio. Miraculoſa cōceptio.
z in vtero ſanctificatio.

Qualiter fuerit p̄figurata. ca. 162.

Rimo ergo qualiter btiſſima vir
go fuerit p̄figurata erit ſic mani
feſtū. Numeri. 17. Inuēit ergo moyſes
virgam glo. Mariam q̄ ſine viri ſemīe
genuit verbū. Ecce qualiter ex textu
cū ſua glo. ſequit̄ q̄ illa virga fuerit fi
gura virginis glorioſe. Item Exo. 3.
Rubus ardebat z nō comburebat̄. q̄
hoc fuit figura btē virginis. probat ec
cleſia nō diſputando ſed cantādo z de
terminādo. Rubum quē viderat moy
ſes incombuſtū zc̄. Itē luc. pmo. Et
nomē eius eliſabeth. glo. Eliſabeth dei
mei ſaturitas: Et ſignat mariā que do
plena fuit. Itē ſi annūciatio z cōcep
tio yſaac ſignat cōceptionē xp̄i: ergo z
Sarra ſignat mariam. Ex his p3 q̄ btā
virgo fuit p̄figurata. Qualiter aūt z
quibus figuris. Dicit̄ q̄ multipharia;
multiſq; modis. In creaturis. in fa-
ctis. in viſis. in generatis. in creatis
In pricipio eni; creauit deus celum z
terram. i. beatā virginem que celum z
terra fuit. i. celeſtem z terreſtrem ſim̄l
duxit vitam: angelicam z humanā con
uerſationem habuit. Item celum z ter
ra fuit: quia puriſſima virginitate. z fe
cundiſſima maternitate virgo z mater
ſimul fuit. In hac prima die facta ē
nubecula de qua poſtea factus eſt ſol.
Quid ē autem nubecula: materia cor
poris ſolaris niſi beata virgo mater z
mā corporis ſaluatoris. In ſcd̄o die
poſitu3 eſt firmamentū in medio aqua
rum qd̄ h3 fixas ſtellas in ſui ornamen
tum. z diuidit aquas ab aquis. hec ē
btā virgo que habet ſtellas. 12. i. omni
um ſcōrum in capite ſuo. poſita in me
dio aquarū. i. ſcorum vie. z ſanctorum
p̄rie. diuiſa prius ab vtriſq;. Exiſtēs ſu
pra cōmunem ſtatū vie. z infra ſtatu
p̄rie. cōmunicans cū vtriſq;. habēs cū
ſuperioribus virtutū perfectione; cum
inferioribus merendi conditionē. Ite3
cum ſuperioribus iocūditatē. ſecurita
tem cōtra caſum: cum inferiorib9 poſſi
bilitatem ad meritū. Item cu3 ſuperio
ribus exultationē. cū inferioribus cor
dis paſſionē. Tertie diei opus eſt con
gregatio aquarū in vnū locum. i. i vir
ginalem vterū congregatio oīum gra
tiarum. Sed in hoc eſt dr̄a. q̄ congre
gatio aquarū appellatur maria media
correpta: cōgregatio gratiarum appel
latur maria media producta. Illa con
gregatio aquarum breuis eſt z tranſi
toria: Iuxta illud apoc. 21. Et mare ia3
non eſt. hec aūt eſt perpetua iuxta illō
luc. 10. Maria optimā partem elegit q̄
non auferetur ab ea. Quarta die fe
cit deus duo luminaria magna. maius
ut preeſſ3 diei: minus ut peſſ; nocti. ſ.
ſolem z lunam. Quid aūt per lunam.
niſi virgo beatiſſima luci formiſſima z
diuina claritate plena figuratur? Lūa
ut legitur in ſentētijs facta eſt ꝑpter
diei z noctis viciſſitudinem. propter
noctis declarationē. propter operanti
um in nocte conſolationem. Et quia q̄
dam animalia ſūt que lucem diei ferre
non poſſunt. hec aūt omnia operatur vir
go luciſſima. Eſt eni quies laborātiū
quies z decus mortuorū. ſolaciu3 opan
tium. vmbraculū infirmorum. refrigē
rans vmbra miſericordie quos reuerbe
rat ſol radijs iuſtitie. Quinte diei op9
eſt formatio piſcium z auium. Et quid
ſunt piſces z aues. niſi beatiſſima vir
go que ut piſcis natabat i mari. i. tribu
lationu3. ut auis volauit ſuper pennas
ventorum in celo contemplationis.

Sexte diei op9 ē formatio hominis
z poſitio in paradiſū voluptatis. Quid
autem ē paradiſus voluptatis. niſi bea
tiſſima virgo in quam deus pater poſu
it hominem. i. xp̄m in die cōceptionis?
Sic ergo beatiſſima virgo in omnibus
operibus ſex dierum eſt expſſiſſime fi-
gurata. Nō autem tantū in creatis ſ3
in factis eſt p̄figurata v3 in archa noe
in yride: in tabernaculo moyſi: i archa
teſtamenti. in candelabro. in ꝓpitiato
rio. i templo. in throno ſalomonis. in
boſtio: in domo ſaltus. z in multis ali
is. Similiter autem in viſis z in yma
ginatis inuenitur figurata: ut eſt rub9
moyſi. Exo. 3. Sedes ſaphiria ſuper fir
mamentū Eze. pmo. Mons de quo pre
ciſus ē lapis ſine manibus. Dan. 2. In
arbore q̄ celum tangebat. Dan. 4. In
porta clauſa Ezech. 44. In vellere ge
deonis. Judicū. 6. In fōte qui cre
uit in flumē maximū heſter. 12. In por
ta templi ſpecioſa. Act. 4. Item in mu
liere amicta ſole Apoc. 12. Similiter
in coniugatis Rebecca z Rachele. in
Judith vidua: in heſter coniugata: in
Sāra ſterili: z Eliſabeth matre Johis
baptiſte. Ex his omnibus ſufficiēter
manifeſtum eſt q̄ beatiſſima virgo in
creaturis. z in factis. z in generatis i
viſis z imaginatis. i coniugatis z vidu
is ē multipliciter p̄figurata.

Qualr̄ fuerit ꝓphata. ca. 163.

Poſt hec etia3 videtur q̄ fuerit ꝓ
phata yſa: c. xi. Egredietur virga
de radice yeſſe zc̄. glo. Virgo maria.
Uel alia glo. Uirgam z florem. Judei
xp̄m ſuum interpretantur quia in vir-
ge regenerālis potētia. In flore pulcri
tudo. Nos vero per virgam mariam
intelligimus cuius nullus frutex adhe
ſit. vl̄ alia glo. Egredietur virga. glo-
ſa. prophetia de natiuitate ut tota ec
cleſia cantat. virgo dei genitrix virga
eſt flos filius eius. Ite; Numeri. 24.
Orietur ſtella ex iacob. Item yſa. iiij.
Fructus terre ſublimis. glo. virgo ma
ria. Item id. 7. Acceſſi ad propheciſſā
glo. virginem mariam. Ex his patet q̄
natiuitas beate virginis eſt multiplici
ter prophetata.

Qualiter fuit annunciata. ca. 164.

Poſt hec probatur q̄ etiam fuerit
annunciata hoc modo. Johan-
nes fuit annunciatus z alij ſancti mi
nores ut yſaac z ſampſon. ergo z bea-
tiſſima virgo debuit annūciari. Itē
propinquante luna plena augmentat̄
lucentia. Sed beatiſſima virgo fuit lu
na ergo ipſa ueniente debuerunt mul
tiplicari prophetie. Item lucifer pce
dit auroram; Sed Johānes fuit lucifer.
beatiſſima vgo aurora. ergo potius de
buit annuntiari. Item laboratiris
maxime debuit annuntiari ortus auro
re iuxta illud. Gen. 32. Dimitte me iam
enim aſcendit aurora. ergo nobis ma-
xime debuit annunciari ortus conſur
gentis aurore que quando ſurrexit z
nos ſecum reſurgere fecit: z ad ſurgen
dum excitauit. Item dama. Joachi3
honeſtam z laude dignam Annam in
matrimonium duxit. Sed quemadmo
dum vetus Anna ſterilis exiſtens per
votum z repromiſſionem ſamuelem pe
perit: ita z hec per preces z repromiſ-
ſionem a deo genitricem affert ut in
hoc a nullo illuſtrium vincatur. Ecce
expreſſe patet q̄ beatiſſima virgo fuit
annunciata.

Qd̄ fuit miraculoſe concepta. ca. 165.

Ex hec eade3 probatur q̄ fuit mi
raculoſe concepta quia ſi a nullo
illuſtrium vincitur: z minores z min9
illuſtres miraculoſe ſunt concepti. er
go z ipſa. Item dicit Dama. q̄ per p̄
ces z repromiſſiōes fuit nata. ergo nō
naturaliter. Item ſignatum perfecti
us eſt ſigno. Sed figure beatiſſime vir
ginis fiebant diuina voluntate per ſe
operante z non humana. ergo beatiſſi
ma virgo exijt in eſſe natura ſuperiore
operante contra inferiorem. ergo ſuper
naturaliter fuit eius conceptio.

## Quod fuit in vtero ſanctificata. capitulū.166.

Oſt hec probatur ꝙ fuerit i vtero
ſáctificata hoc modo. Eccleſia ce
lebrando feſtiuat eius natiuitaté.ergo
fuit ſcá qñ fuit nata.ergo fuit in vtero
ſanctificata. Jté iohánes fuit in vte
ro ſanctificatus vt p; luc.1.vbi dicitur
ꝛ ſpū ſancto replebit̃ adhuc ex vtero
matris ſue.ergo ꝛ beata virgo. Jté
ieremias fuit ſanctificatus in vtero.
Jere.1. Prius quam te formarē i vte
ro noui te.ꝛ anteq̄ exires de vulua ſan
ctificaui te.ergo beata virgo. Jté oiſ
ſanctificatus in vtero ordinatur ad ſā
ctu; in vtero.ergo quod immediatioré
ꝛ ꝓpinquioré relationem h; ad ſanctū
in vtero.illud debet potiſſimum ſancti
ficari in vtero.Sed non potuit imedia
tior eſſe relatio eius qȝ vniebatur v̄bo
ad aliquid aliō:q̄ ad id vnde ſumeba
tur illud ſanctū:qȝ vniebatur.hoc aūt
potiſſimum fuit beata virgo. ergo ipſa
potiſſimu; debuit i vtero ſanctificari.
Jtem ieremias dicitur in vtero ſcifi
catus propter expreſſioré ꝓphetiam ꝺ
ſancto in vtero:ꝛ iohannes ſanctifica
tus in vtero propter digiti demſ̄ratóez.
ergo multo fortius beata virgo ꝓpter
ipſius exceptioné ꝛ generationé. Jté
dicit anſelmus. Ea puritate beata v̄go
nitebat:qua ſub deo maior nequit itel
ligi. S; puritas hominis dei eſt pecca
tum originale nec habere:nec vnqua;
habuiſſe. Maior poſt illam eſt origina
le quidem habuiſſe.ſ; ſtatim ꝛ oino ab
illo mundatū eſſe.ergo beata virgo de
buit quide; in peccato originali cócipi
ſed ſtati; ab ipſo penitus múdari.ergo
debuit in vtero ſanctificari. Jtem
Bernar.ad cano.lugdunenſes. Ego pu
to ꝙ copioſior ſanctificationis benedic
tio in ipſam deſcenderit que non tátu;
ipſius ſanctificaret ortum. ſed ꝛ vita;
ipſius deinceps ab omni peccato cuſto
diret immunem:quod nemini alteri in
natis mulier; creditur eſſe donatum.
Ex vltima auctoritate manifeſtu; é
ꝙ beata virgo non tm̄ in vtero ſancti
ficata fuit.ſed ꝙ eius ſanctificatio oés
excellit in hoc ꝙ alij poſt tale; ſanctifi-
catione; ad minus venialiter peccaue
runt. Unde dr̃ de iohá. Antra deſerti
teneris ſub annis ciuiū turmas fugiés
petiſti ne leui ſalté maculare vitá famí
ne poſſes. Jpſa aūt ſic ſcificata fuit ꝙ
peccare nó potuit.ut ífra inter priuile
gia patebit.ſic ergo manifeſtū é qualr̃
beá v̄go fuit ꝑfigurata ꝛ ꝓphata ꝛ an
nūciata ꝛ miracl'oſe cócepta ꝛ i vtero
ſcificata. Et cóſtat ſic ipſa; oés ſpūales
grás hūiſſe q̄s contigit ortū ſanctorū
decorare.

## De ſpecialibus gratijs que circunſtant conuerſationem eius.capi.167.

Oſt hec vidédū é de ſpālibus gra
tijs que circūſtant couerſatione;
q̄ ſpālitas gr̃e inuit̃.quotiens aliqs ſcó
rū ſpālr̃ a dño diligit̃.vel amic' dei ap
pellat̃.v̄bi grã. Jn veteri teſtó dñs ſpā
liter diligere dr̃ Abrahá.ꝛ hoc ꝑꝑ fidé
iuxta illud Gen.xv. Credidit abraham
deo ꝛ reputatū é ei ad iuſticiá. Jtem
Moyſes propter manſuetudiné.qr fuit
mitiſſim' hoiū qui fuerunt in terra.
amicus dei appellatus é:cum quo loq
batur deus facie ad faciem ſicut homo
loquitur amico ſuo. Exo.33. Jtem da
uid. Nam deus propter humilitatem in
uenit eum virum ſecundum cor ſuu;.
Jtem in nouo teſtamento iohannes
euangeliſta propter virginitatem que;
ſcilicet ſpecialis prerogatiua caſtitatis
ſpeciali dilectione fecerat dignum.
ꝛ erat diſcipulus quem diligebat ieſus
Jtem legitur Johan.xi. ꝙ dominus
diligebat mariam ꝛ martham ꝛ lazar;.
Et conſtat ꝙ hoc propter hoſpitalita
te;.ꝑ quá ipſi ꝛ alij qdā placuerūt deo.
Jté Nichola' ꝑꝑ miſericordiá amic' dī
appllat' é. S; h' oia excellétiſſime fu
erūt in beata uirgine: Si enim dilexit
abraham qr credidit de uetula ꝛ uetu
lo filiū naſciturū:uel quia credidit fili
um moriturū ꝛ reſurrecturū:m̄lto for
tius diligit beatá uirginé ꝓpter fidem
qua credidit ſe uirginé deū paritura ꝛ
uirginé ꝑmanſuram. Jté ſi diligit da
uid ꝓpter humilitaté:hec aūt ut dicit
Aug. nūquá exaltata ſuꝑ choros ange
lorū fuiſſet:niſi eſſet humilima oium
hoiu;. Jté ſi Moyſen ꝓpter manſue
tudiné. Et hec é uirgo ſingularis iter
oés mitis. Si aūt mariá ꝛ marthá ꝓ
pter hoſpitalitaté dilexit:hec ipſum in
utero ſuo hoſpitauit.carne ueſtiuit.lac
te cibauit:que Martha nó fecit. Jté
ſi Nicolaū ꝓpter miſericordiá:hec aūt
eſt regina miſericordie. Si aūt Johá
né ꝓpter uirginitaté:ꝛ ecce pl' q̄ Jo
hánes. hec.n.é virgo virginum.hoc
iohánes nó fuit. Ex his manifeſtum
é ꝙ oés ſpeciales gr̃e quas circa alio;
ſcóru; couerſationé eſt reperire i nr̃a
glorioſiſſima virgie ſuperant ꝛ eminét
manifeſte.

## De ſpālibus gratijs circa morté.168.

Oſt hec querit̃ de gratijs ſpālib'
circa morté que videntur eé qn
q;.ſ.morté preſcire:moritur; imitari:
mori ſine dolore.ſtatim euolare. i aīa
ꝛ corpore ſtatim reſurgere.

## Utrum mortem preſciuerit.capi.169.

D primu; ꝙ beata virgo mortem
ſuam ꝑſciuerit videt̃ a minori. De
ſancto martino de quo legitur ꝛ canta
tur. Beatus martinus obitum ſuū lon
ge ante preſciuit ꝛc̃. Jté petrus ſciuit
ꝙ breuis eſſ; diſpoſitio tabernaculi ſui
Jtem iohánes ſciuit ſuꝑueniſſe diem
mortis ſue. Cum ergo oés iſti preſciue
rint mortem ſuá.ergo ꝛ beatiſſima vir
go oium illo; dña. Jté ꝓv.xiij. Spes
que differtur affligit aiam.ſi tépus ſit
etia; determinatū:ꝛ preſciétia pene fi
niende letificat:incertitudo anxietaté
generat.ergo ad beatitudiné uie ꝑtinet
preſcire morté determinate. ergo bea
tiſſima uirgo preſciuit morté ſuá deter
minate. Sic ergo patet beatiſſimá uir
giné habuiſſe gratiá primá eo; que cir
cūſtant morté. Jté ad hoc idem Oīs
homo uellet ꝑſcire morté ſua; libéter.
ergo ꝛ ipſa. Sed quicqd uoluit ſcire fili
us ei' reuelauit ei niſi aliqua rō impe
diret:ſ; illud nulla rō impediuit.ergo
ei reuelauit. Jté q̄ eſt rō quare aliqui
bus reuelatur. aliquibus nó:Si digni
tas.ſ; ipa digniſſima. Si caritas:ſ; ipa
cariſſima Si ꝯſiderū iuxta dan. uir ꝺ
ſiderio; ꝛc̃. ſed ipſa cupiebat ſūme diſ
ſolui ꝛ eſſe cū ipſo:Quecūq; ergo cá aſ
ſignari pōt:illa excellentior fuit in ipſa
q̄ in alijs.ergo ſibi potius reuelari de
buit q̄ alijs. Jté inter ꝑſcire tráſitu;
ꝛ oꝑari ꝛ inter nó ꝑſcire nec oꝑari me
dium é ꝑſcire ꝛ non oꝑari. Primū con
uenit xp̄o.ſ; alijs uiatoribus. ergo me
diū couenit beate uirgini:que h; ſta
tū mediū.

## Utrū inuitata obierit ca.170.

Oſt hec querit̃ de inuitatióe ꝛ de
ductióe. Qó aūt dñs matré ſuá
inuitatam deduxerit.uidet̃ ꝑ locū
a minori. Ná dñs appuit caro ſuo iohá
ni ꝛ dixit. Ueni dilecte mi ꝛc̃. Si ergo
hoc xp̄s Johāni ergo potius mr̄i. Jté
ſi iohāni qr car' ergo poti' mr̄i q̄ in inſſ
nitū carior fuit. Jté dr̃ ꝑmu ꝑaliꝑpo.
15.ꝙ dauid deduxit archá in domū ſuá
in tympanis ꝛc̃. Jte; q̄liter luſit an
archam ergo xp̄s matré ſuam ꝑſonalr̃
deduxit. Jtem opus miſericordie é ſe
pelire mortuos.ergo ꝛ pr̃ miſericordia
rū potiſſime debuit obſequijs mr̄is ſue
intereſſe ꝛ ſepulture cómendare. Sed
ipſius ſepeliri fuit in celo ſuꝑ choros
angelorum altiſſimos aſſumi:ergo hoc
debuit filius ſuus i perſona ꝓpria cor
porali preſentia facere.

## Si ſine dolore obierit ca.171.

Oſt hec queritur de ipſius morte
ſi fuerit ſine dolore. Et videtur pri
mo ꝙ non hoc modo: Sicut vita ad
vitam ita mors ad mortem. Sed vita
domine noſtre inter omnes ſimilima fu
it vite domini noſtri ieſu chriſti. ergo
⁊ mors morti. S; iſtg doloroſiſſima fuit
ergo ⁊ iſta. Item quando aſſignatur
cauſa quare mors domini fuit aſperis
dicitur ꝙ nobiliorum naturarum nobi
lior ⁊ maior eſt delectatio. ⁊ in quoruz
coniunctione maior eſt delectatio: in il
lorum ſeparatione maior eſt dolor. Uñ
cum anima chriſti nobiliſſima coniun
cta eſſet corpori nobiliſſimo. in illoruz
cõiunctione maxima fuit delectatio: ⁊
in ſeparatione maximus fuit dolor.
Unde Tren. i. O uos omnes qui tran
ſitis per uiam ⁊c̃. Sed eadem cauſa eſt
in beatiſſima virgine que fuit ſecũdo
loco ĩ ſummo. ergo in ipſius morte ma
ximus fuit dolor poſt dolorem domini
noſtri ieſu chriſti. Item inter quecũ
q; maior eſt par. illorum delectabilior
eſt commanſio. Sed in corpore beatiſſi
me virginis ⁊ in anima ſua adinuicem
maxima fuit par. quia ibi ſpiritus ad-
uerſus carnem non concupiuit. ergo
ibi delectabiliſſima commanſio. ergo ⁊
maximus dolor in ſeparatione. Con
tra. legitur õ iohanne in prologo ſuper
iohannem: ꝙ facta oratione poſitus eſt
ad patres ſuos. tam extraneus a dolo
re mortis q̃ a corruptione carnis alie-
nus. Sed beata virgo impropoꝛtõnabi
liter plus fuit extranea a corruptione
carnis. ergo improportionabiliter plus
debuit eẽ aliena a dolore mortis. Itẽ
Damaſ. Ipſa beata ⁊ earum que ſuper
naturam donationu; digna effecta do
lores quos effugit pariens. hos in chri
ſti paſſione ſuſtinuit a maternali com
paſſione viſcerum lacerationem tolle
rans. ⁊ quem deum cognouit per nati
uitatem hunc vt maleficum videns in
terfectum ceu gladio cogitationibus la
cerabatur: ⁊ hoc eſt. Tua; ipſius aia;
pertranſibit gladius. Luc. ij. Ex hac
auctoritate infertur. ꝙ ſi dicimus. q2
dominus non iudicabit bis in idipſu;:
⁊ ille dolor reputatur ei gladius. ergo
ſicut poſt gladium nõ eſt dolor: ita nec
poſt iſtum gladium debuit ſuſtinere do
lorem mortis. Item ille gladius repu
tatur ei per equipolentiam ꝑ martirio
Sed poſt martirium non eſt dolor mor
tis. ergo nec poſt hũc erit qui equipol
let ei. Item ratione huius doloris de
betur ei aureola martirum. ergo poſt
hunc non eſt dolor mortis. Itez moy
ſes propter abſtractionem ſecundum
actum a viribus inferioribus non ſen
ſit deſiderium ſitis ⁊ famis. xl. diebus
⁊ xl. noctibus. Similiter ⁊ helias. ergo
ſi delectatio ſpiritus tal' ⁊ tanta taliter
⁊ tantum aſtrahit. ⁊ ſenſum paſſionis
taliter ⁊ tm̃ ⁊ tam diu interrũpit. ergo
maior magis abſtrahit ⁊ magis interrũ
pit. ergo improportiõabiliter maior ab
ſtrahit ⁊ improportiõabiliter interrũ
pit. Sed improportionabiliter abſtrahi
a corpore ſuper illud abſtrahi quod ẽ
ſecundum actum eſt illud abſtrahi qđ
eſt ſecundum ſubſtantiam. ⁊ impropor
tionabiliter interrumpi ſuper illud inter
rumpi quod eſt ad tempus eſt illđ inter
rumpi quod eſt ſemper. ergo impropor
tionabiliter delectatio poteſt abſtrahẽ
animam a corpore ſecundum ſubſtan-
tiam ⁊ excludere omnem penam. ergo
beatiſſima virgo fuit mortua pre amor
⁊ ſine dolore. Item paulus neſciuit ĩ
raptu vtrum in corpore ſiue extra cor
pus. ſe ad cor. xij. Ergo intenſior rapt⁹
ſecundum ſubſtantiam abſtrahere poſ
ſet. Item maiores motus impediunt
minores ⁊ natura inclinat ad carnez ⁊
ad corpus. Sed caritas inclinat a cor
pore ad chriſtum. Iuxta illud ad phil.
primo. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cu; chriſto
ergo tantum poteſt intendi inclinatio
ſurſum ꝙ ſeparatur ⁊ abſtrahitur ab
ĩclinatõne deorſu;. ergo caritas tantũ
poteſt ſurſum trahere. ꝙ ſeparabitur a
corpore ⁊ ſic morietur pre amore.
Item duorum dolorum maior eſt me
dicina minoris. Anima ſecundum cari
tatem dolet eſſe ſeparata a deo. ſecun
dum naturam dolet diuidi a corpore.
ergo ille tantum penetrabit ꝙ iſtu; ñ
continget ſentiri. ergo poteſt mori ſine
dolore. Item quicquid aptum natu;
eſt inducere languorem. ſi continuetur
⁊ intendatur poterit inducere mortez.
ſed amor poteſt inducere languorem.
ergo mortem. minor patet. Canti. ſecũ
do. Quia amore langueo. glo. pre amo
ris magnitudine. omnia temporalia fa
ſtidio. Ex his patet ꝙ beata virgo pre
amore ⁊ ſine dolore mortua fuit. An
autem ſtatim euolauerit. diſputabile ñ
eſt quia nihil purgabile habuit.

Si ſtatim in anima ⁊ corpore aſſum
ta fuerit. ca. 172.

Oſt hec queritur ſi ſtatim in ani
ma ⁊ corpore aſſumpta fuerit.
Et videtur primo ꝙ non. vt patet per
ſermonez Ieronimi. Cogitis me o pau
la ⁊c̃. Item Auguſtinus ꝙ vera de
eius aſſumptõe ſniã h̃ ẽ: vt aſſũpta ſit
ſiue ĩ cõpe ſiue extra cõpus neſcio de⁹
ſcit. Item Ieronimus. Quod huma
num mendacium non apponat manife
ſtum quod deus voluit eſſe occultum.
Item quicquid non ſeparatur a cul
pa nec a pena. Sed omnes in ade; pec
cauerunt. ergo omnes pro peccato ſuo
l' ĩ ſuo pcõ pũiri dñt. S; ei ĩpõĩſ pẽa gñ.
tertio. Puluis es ⁊ ĩ puluerem reuerte
ris. ergo omnes ĩ peccato corporali na
ti debent incinerari. Contra grego. ĩ
collecta. Nec tañ mortis nexib⁹ depri
mi potuit. que dominum noſtrum ihm
xp̃m de ſe genuit incarnatu;. Modo
quero quid ibi appelletur nexus mõtis
Nam vel eſt bonum vel eſt malu;. Nõ
bonum. quia omnis boni capax fuit.
Item bonu; non deprimit ſ; eleuat.
ergo nexus non nominat ibi aliqđ bõi.
Si autem eſt malum. aut eſt malũ cul
pe aut eſt malum pene. Non culpe. q2
mors non eſt nexus ad culpam. quia
poſt mortem non eſt ſtatus culpe ſed
pene. Item ſic dicendo nihil dictum ẽ.
quia poſt mortem non poſſet peccare.
quia eſſet mater dei. Si autẽ eſſet ma
lum pene quero quam penã importat.
Non gehenne: quia ad illam nec nectit
mors: quia multi moriũtur qui nõ va
dunt ad gehennam. Eadem ratõe nec
ad purgatorium. quia multi moriũtur
qui non vadunt ad purgatorium. Nec
poteſt etiam dicere penam temporalez
quia ad illam non nectit mors ymo ab
ſoluit ab illa. Item non poteſt dicere
penam mortis. quia beatiſſima virgo
vere mortua fuit. ergo relinquitur ꝙ
non poteſt ſignare niſi incinerationem
ergo erit ſenſus. Non potuit mortis ne
xibus deprimi: ideſt non potuit incine
rari. Sed niſi ſtatim reſurgeret fuiſſet
incinerata vt alia corpora. ergo ſtatim
ſurrexit. Item Auguſtinus. Maria
quadam excellentiori prerogatiua ho
noratur a filio. Poſſidet in ipſo corpus
quod genuit? quare non ⁊ corpus
per quod genuit? Niſi obuiauerit auc
toritas mundum perſpecta: credo vere
ꝙ ⁊ per qđ genuit. Item idem in eo
dem. Thronum dei: thalamu; domini
tabernaculum chriſti ibi deb; eſſe vbi
debet eſſe. Tantum theſaurum dign⁹
eſt ſeruare celum q̃ terrã. Item Au
guſtinus in eodem. Letare maria leti
cia inenarrabili in anima ⁊ in corpore
Et infra. Uiuat igitur integraliter que
omnium genuit integram vitam.
Dyoniſius in libro capitulo tertio.
de diuinis nominibus. Quoniã ⁊ apud
ipſos dꝰo acceptos nſos Ierãchas qñ
⁊ nos vt noſti ⁊ ipſorum multi ſcõrum

eſt. Sꝫ beata virgo plus omnibꝰ dilexit
ergo ipſi plus donauit. ergo ⁊ ipſa pec
cauit. Itē Ro. 8. Omnia cooperātur
in bonū his qui ſm ꝓpoſitū vocati ſūt
ſci. glo. etiā peccata. Sed oīa coopera
tur in bonū huic beatiſſime ṽgini. ergo
peccata hūit. Itē glo. ibidem. Sine
quibꝰ nō viuit. Item glo. impoſſibi
le ē quātūlibꝫ ſanctū nō cadere aliqñ.
Item prie Jo. i. Sāguis filij eiꝰ emū
dauit nos ab omni peccato Glo. Tamē
non debemꝰ putare nos quādiu viui
mus oīno poſſe a peccatis mundare.
Itē Jo. ij. Quid mihi ⁊ tibi ē mulier?
Sup hoc dicit Criſoſtomꝰ. Qđ aliquid
humāi paſſa fuit qſi ꝓpter vanitatem
voluerit xp̄m miraculū facere. Item
ꝓuer. 20. Quis pōt dicere mundū eſt
cor meū. Itē eccle. 7. Non eſt iuſtus
ſup terram qui faciat bonū ⁊ non pec
cet. Itē ꝓuer. 24. Septies in die ca
dit iuſtus. Itē ꝙ non ſit ipſius priui
legiū videtꝰ qꝛ non cōuenit ei ſoli: qꝛ ⁊
multi angeloꝝ nunquam peccauerūt.
Item aliquis infans ſtatim baptiʒatꝰ
euolat. ergo ille nūquā peccauit actua
liter. Itē Job. 27. Neqꝫ eni reprehē
dit me cor meū i omni vita mea. Cō
tra Augu. dicit. de qua ꝓpter honorē
dn̄i cum de peccatis agitꝰ ⁊c̄. Itē Ber.
Ego puto ꝙ copioſior ſit ⁊c̄. ut ſupra ď
ſcificatiōe in vtero. Itē peccatū ve
niale nō eſt grā. ergo vbi aliqđ de pec
cato veniali ibi aliqđ vacuū ď grā. Sꝫ
ipſa plena fuit de gratia. ergo nihil de
peccato fuit i ipſa. Itē Aug. Scimus
eni ꝙ ei plus gratie collatuꝫ fuerit ad
peccatū ex omni pte vincendū que illū
cōcipere ⁊ pere meruit quē cōſtat nul
lum habuiſſe peccatū. Itē neceſſitas
peccandi relinquit in exercitui eorum
qui cadere poſſunt. Sꝫ ipſa cadere non
potuit. ergo illud exercitiū hr̄e non de
buit. Itē Anſelmꝰ. Ea puritate nite
bat btā ṽgo qua ſub deo maior negt in
telligi. Sed maior pōt intelligi ſi pecca
uit. ergo non peccauit. qđ ꝑ omnia ve
rum ēē dicimꝰ. Et ad auctoritates in
ꝯrium inductas rn̄demꝰ: ꝙ omnes ille
de peccatoꝝ iure leguntꝰ viatorū oīum
Illud autē quod eſt ꝓpriū btē virgini
⁊ ſpāle priuilegiū reſpectu oīum viato
rum derogat generali. Qđ aūt dicit
Criſoſtomꝰ. qđ aliquid humāi paſſa fu
it. hoc verū ꝓ tanto eſt: qꝛ homo homi
nibus compaſſa fuit. ſꝫ ꝙ aliquid vani
paſſa fuerit ꝑ omnia falſum eſt ⁊ con
tra ſanctum Auguſtinum.

## De impoſſibilitate peccandi. ca. 175.

Oſt hec qrītur de alio priuilegio
quod eſt peccandi impoſſibilitas.
Utrū ſcꝫ beata ṽgo potuerit peccare.
Et videtur ꝙ ſic. Potuit eni mereri.
ergo potuit peccare. Itē Augu. dicit
ꝙ adam mori potuit quia peccare potu
it: ⁊ ꝙ nō potuit reduci in actū potētia
moriēdi. niſi priꝰ reduceretꝰ in actū po
tētia peccādi. Sꝫ btīſſima virgo potuit
mori. ergo potuit peccare. Itē Aug.
querit quare nō fecit deus homines q
peccare nō poſſent. ⁊ rn̄det ꝙ illud eſt
glorioſiꝰ. ergo iſtud debuit ꝯuenire btē
ṽgini que fuit glorioſior omnibus crea
turis. Itē in laudem alioꝝ ſanctorū
cātatur. Qui potuit trāſgredi ⁊ non ē
trāſgreſſus ⁊c̄. ergo ⁊ illud ꝯuenit ⁊ il
li que ē omni laude digniſſima. Itē ſi
peccare nō potuit hoc nō fuit tantū ꝓ
pter fomitis extinctionē: quia angeli fo
mitem nunqꝫ hūerūt ⁊ tn̄ peccauerunt.
Itē hoc nō potuit eſſe propter excellē
tiam grē quia angeli fuerunt etiā i grā
⁊ tamē peccauerunt. Itē dama. Om
ne creabile eſt vertibile ſcđm eſſe ⁊ ſe
cundū ſui electionē: ſcđm ēē ut corpo
ralia: ſcđm electionē ut rationalia. Sꝫ
beata ṽgo ex utroqꝫ compoſita fuit. er
go fuit vertibilis vtroqꝫ mō. Itē glo
rioſius hētur quod habetur cum victo
ria qꝫ qđ ſine victoria: Sed vbi nulla ē
pugna nulla eſt victoria. Sed in btīſſi
ma virgine maxima fuit glōia. ſumma
ergo ⁊ victoria. ergo ⁊ pugna. ergo po
tuit peccare. Item excellentior fuit
ſtatus innocentie qꝫ iſte ⁊ tamē adam
⁊ eua potuerunt peccare. Itēꝫ. 2. ſnīa
rum dicitur ꝙ quatuor ſūt ſtatus libe
ri arbitrij. Prius ē poſſe peccarꝰ. ⁊ poſ
ſe ⁊ nō peccare ante tēptationē. Terti
us ē poſſe peccare ⁊ non peccare poſſe
dampnabiliter. Quartꝰ ē nō poſſe pecca
re. Cōtra. qđ meliori ⁊ honorabiliori
ſimilatꝰ hoc ē ⁊ melius ⁊ honorabilius
Sed hoc ē non poſſe peccare. ergo hoc
eſt honorabilius ⁊ melius. Sed btīſſi
ma virgo ſcđm locum hꝫ poſt deum er
go nō potuit peccare. Item Aug. Cō
cedimus quidē meliorē naturaꝫ ēē que
omnino peccare nollet: ꝯcedant ⁊ ipſi
non ēē malā que talis facta ē ut poſſit
nō peccare ſi vellet. Itē fruſtra ē po
tētia que nunqꝫ reducetur ad actū ſꝫ ip
ſa nunqꝫ fuit peccatrix. ergo fruſtra fu
iſſet in ea potētia peccādi. Itē phūs
dicit i 9. metaphiſice ꝙ potētia ē pncipiū
trāſmutationis in alteꝝ. Sed in beata
virgine nullū fuit principiū tranſmutā
di in peccatū. ergo nulla potētia peccan
di. Itē loquēdo ex pte rei potētia ſꝫ ꝙ
ē in predicamēto qlitatis eſt qlitas di
ſponens ad actū vel paſſionē. Sed nul
la talis qlitas vel qſi qualitas fuit in
beata ṽgine ad peccādum: ergo nō fuit
ibi potētia peccandi. Item cuicūqꝫ
incōueniens eſt ineē actū: eidem incō
ueniens eſt ineē potētiā. Sed beatiſſi
me virgini incōueniens eſt ineē actum
peccādi: ergo incōueniens eſt ei ineſſe
potentiā peccandi. Itē inter nō poſſe
peccare nec poſſe mereri ⁊ inter poſſe
peccare ⁊ poſſe mereri mediū eſt non
poſſe peccare ⁊ poſſe mereri. Sed pri
mum ptinet ad ſtatum comprehenſoꝝ
ſimpliciter. ſꝫ ad ſtatū viatorū ſimplici
ter. ergo medium pertinet ad ſtatum
medium. Sed ille eſt beate virgis que
fuit ſimpliciter viatrix. ⁊ ſecunduꝫ qđ
comprehendens. ergo nō habuit poten
tiam peccandi. Quod dicimus ēē ve
rum diſtinguēdo tamen ꝙ nō peccare
ꝑ ſe ſequitꝰ naturā inuertibilem. ⁊ hoc
modo deus trinitas dicitꝰ nō poſſe pec
care. Scđo mō dicitꝰ non poſſe pecca
re qđ hꝫ vnionem pſonalem cum natu
ra inuertibili. hoc mō xp̄s homo nō pōt
peccare. Tertio mō dicitꝰ nō poſſe pec
care qđ hꝫ cōiunctionē ⁊ ꝯuerſionem
ad naturā inuertibilē ꝑ mediū qđ eſt ď
ſui nā iſeꝑabile ut eſt hitus grē. ⁊ hoc
mō ſci pr̄es non potuerunt peccare.
Quarto mō dicitꝰ non poſſe peccare
ꝙ hꝫ ꝯiunctionē ad naturā inuertibilem
ꝑ mediū qđ ſcđm ſui naturā in ſe qdēꝫ
eſt ſeꝑabile. ſꝫ tn̄ oīno eſt ſeꝑatum a ꝯ
trario repugnāte vel reſiſtente vl im
pediente. ⁊ ꝓpterea i ſuo ſūmo in tali ſu
biecto eſt inſeꝑabile. ut eſt plenitudo
grē i beata ṽgine. Et hoc modo dicitur
btā ṽgo nō poſſe peccare. Oēs ergo au
ctoritates ⁊ rōes q̄ videntur ꝓbare ꝙ
potuerit peccare locūtur ď potentia ſꝫ
ꝙ opponitꝰ ad nō poſſe primo vel ſcđo vl
tertio mō ſūptū. Pꝫ ergo ꝙ tale nō poſ
ſe peccare ꝯiunctū cū poſſe mereri eſt
propriū priuilegiū beate ṽginis.

## Utrū quolꝫ motu merebatꝰ. ca. 176.

Oſt hec queritꝰ vtrū habuerit pro
priuilegio. ꝙ quolꝫ motu merere
tur. Et videtur ꝙ non. Gratia enim
eſt principium merendi non natura.
Sed conſtat ꝙ aliquando mouebatur
motu naturali. ergo non quolibet mo
tu merebatur. Si diceretur ꝙ ſimul
moueretur grā ⁊ nā: hoc videtꝰ nō poſ
ſe eſſe. quia ſi ſic eſſet. vnus motus eſ
ſet meritorius ⁊ nō meritorius. Si au
tem duo. tunc non eſſet uterqꝫ merito
rius. ergo altero eorum non meretur.
Item cognitiua potentia ordiata eſt
ad opatiuā ⁊ ſcia ad opatōeꝫ. ſꝫ cogniti
ua nō fuit ꝑfecta reſpectu oīuꝫ ut ſciret
omnia. ergo nec opatiua erit. perfecta

reſpectu oium ut quolibet motu mere
retur. Ité ſcóm hoc dñs ihus xps nó
excelleret ipam in opando. ſi ipſa quo
libet motu merebaf ſicut ipe. ergo nó
quol; motu merebaf. Cótra apl's ad
Col. 3. Omne quodcúq; facitis in vbo
vel ope oia in noie dñi nři ihu xpi. Et
i. cor. 10. Siue máducetis ſiue bibatis
vel aliud quid facitis omnia i gloriam
dei facite. Aut ergo aliquis implet hoc
vel null9. Si nullus ergo fruſtra preci
pitur vel ꝯſulitur ul' monef. Si aliqs.
ergo btiſſima vgo. ergo i omni eo qď fe
cit merebaf. Ité oia i ſe ſůt referibi
lia. ergo ſi nó referenf hoc eſt propter
defectů ſubiecti. Si ergo ſubiectů non
refert hoc eſt vel quia nó vult vel q2
nó poteſt. Si nó vult. ergo peccat vel
admin9 impfectum eſt in bóitate quaz
poſſet habere. Si nó pót. hoc nó eſt ni
ſi quia h; cótrariuz in ſe qď neceſſario
aliqň inclinat ad ꝯtrariů ut fomes ad
veniale. S; illud nó fuit in btá virgie.
ergo potuit oia referre. Ité ſapiens
nihil facit ſine cá. ergo virgo prudétiſ
ſima oia fecit propter primá cauſam.
Ité quolibet motu mereri é quoddá
bonum. Aut ergo eſt ꝯmunicabile al
teri creature aut nó. Si é cómunicabi
le. ergo ſůme bonus deus cómunicat
illud alicui. ergo btiſſime virgini. Si
aůt non eſt cómunicabile. hoc nó vide
tur. q2 idem de quol; opere cótingeret
dicere. Ité per hoc é mereri vbi nul
la neceſſitas é peccandi venialiter. hoc
auté fuit in btiſſima vgine ergo ipſa po
tuit quolibet motu mereri. Item vbi
cumq; nó pót in diſcernédo ratio erraf
z volůtas nůquam pót eligere multa.
ibi ſemp eligit vltimů z optimů. Sed
vtrůq; horů fuit in btá virgine. ergo
omnia fecit propter optimů z ultimuz.
ergo in quolibet ope merebaf. Item
ſicut ſe h; aia ad corpus ita caritas ad
aiam. ergo ſicut aia elicit omnes opera
tiones a corpore. ita caritas ubi plene
h; eſſe forme ibi elicit o3s opatóes ab
aia z ſic quolibet motu meref. hoc aůt
fuit in btá virgine ergo ipſa quolibet
motu merebaf. Ité phus. Intellect9
ſemp eſt rectus niſi qñ ſe miſcet fanta
ſticis. z deducif ab illis. Sed intellect9
bté virginis nunquá ſe immiſcuit fan
taſijs. ut deduceref ab illis. ergo ſemp
rectus fuit. Sed rectů eſt cuius medi
um ſi exit ab extremis. ergo ſemp fuit
in ſůmů bonů. ergo ſemp merebaf.

Utrů qualib; paſſióe merebaf. ca. 177.

Oſt hec qritur vtrů qualibet paſ
ſione merebaf. z videtur qp non
Phus. Paſſionibus non meremur.
Ité nullů neceſſarium eſt voluntari
um z nullů non voluntariů eſt merito
rium. ergo paſſionibus nó meremur.
Item a parentibus cótrarim9 paſſio
nes ergo nó ſunt meritóie. Cótra paſ
ſio latronis fuit neceſſaria tñ merito
ria. Ité ij. Thym. 2. Si ſuſtinebim9 z
corregnabim9. z cetera plurima. So
lutó. Ad h dicim9 qp btiſſima virgo
quolibet motu liberi arbitrij ad agen
dů vel patiédum merebaf. Unde non
merebaf motibus nálibus inquantuz
naturalibus ſed rónabilibus grá in'or
matióis. Unde motib9 libi arbitrij gra
tuitis merebaf vbi etiá liberum arbi
trium z gřa opabantur: ſ; liberů arbi
triů ut iumentum. gřa ut ſeſſor. ſcóm
Anſelmů. Unde Apl's. i. cor. 15. Nó au
tem ego ſed gratia dei mecu;: z ſic me
rebatur quolibet motu quo contingit
mereri. Nec tamen in hoc domio no
ſtro ihu xps equabaf. qui opabatur z
naturalia z ſupernaturalia z ſine ſui i
digentia. z hoc iproportionabili carita
te. Paſſionibus autem inquátum ab
extrinſeco inferuntur. vel neceſſario
cótrahůtur. nó meremur. ſ; inquantuz
voluntas rationalis informata gřa ad
illoz ſufferétiá libertate ꝓpria iclinaf
Ex his patent ſolutiones ad obiecta

De puritate in ſummo capitu. 178.

Oſt hec querif de hec quod é pu
ritas i ſummo: vtrum debeat aſſi
gnari bté virgini p priuilegio. Et vi
detur qp ſi. q2 ſi itéſio puritatis é receſ
ſus a cótrario ſicut albius qď é nigro
impermixtius. z purius quod é impuro
impermixtius. tunc queritur quid ſit il
lud impurum p cuius ipermixtioné ſit
puritas hec i ſummo. Et non videf qp
proprie poſſit dici aliquid impuruz niſi
vel i corporalibus opacu; vel mixtum
opaco vel in ſpiritualibus pena vel cul
pa. Si pmo mó tunc ſol fuit purior btá
virgine. Si 2o mó tunc in ſtatu inno
centie z oés aie beate a corporibus ſe
parate z ét angeli. Si 3io mó. tunc eá
dem puritatem hňt omnes ſci patrie:
z etiam illi qui ſunt in purgatorio. quia
omnes ſunt ſine culpa. Item ſi dica
tur qp hec puritas ſit maior poſt deum
a receſſu ab originali. quia xpus hůit
puritatem ab origine talem: qp nůquaz
z nullo modo habuit origiale. Alij oés
baptizati habent puritatem ab origina
li: quia peccatum originale habuerůt
z adhuc aliquo modo habent quantu;
ad penam fomitis. Sed inter nullomó
habere nec habuiſſe. z inter habuiſſe z
habere é medium hůiſſe z ñ hře ꝯtuz
ad aliquid. Et h puritas fuit beatiſſime
virginis immediate poſt puritaté xpi.
Si ſic dicatur. cótra eſt. qp non dicit
Anſelmus poſt xpm ſed poſt deu;. Ité
ſecundum hoc angeli maiori puritate
lucerent. quia peccatum originale nec
habent nec habuerunt. vel etiam ſm
hoc bruta z inanimata maiori puritate
niterent: que originale peccatum non
habent nec poſſunt hře. Ité ſi dicaf
qp hoc intelligatur de hominibus. hoc
adhuc non poteſt ſtare. q2 adam in ſta
tu innocentie ſecundum hoc maiore ni
tebat puritate. q2 tunc nullo modo ha
buit nec habuerat originale. Item ſi
purum dicitur per receſſum ab impuro
ſecundum hoc magis recedit quod re
cedit quantum ad actum z diſpoſitióe;
z adhuc plus recedit quod recedit quá
tum ad actum z diſpoſitóné z potentiá
omnem. Illud ergo puriſſimum é inter
alia. Sed tale puru; eſt ſol qui recedit
ab impuro: z quantum ad actu; z quá
tum ad diſpoſitione; z quantum ad po
tentiam. z quocunq; modo dicatur im
purum: ubi eſt mixtio naturaru; cótra
riarum opace. ſcilicet z luminoſe. ſiue
vbi eſt mixtio nature z pene ſiue etia;
nature z culpe: ſiue etia; ignorantie z
neſcientie: nulla iſtarum impuritatum
in ſole eſt qui nec in ſe eſt mixtus. nec
alij miſcibilis. nec habet penam vel cl'
pam: vel ignorantiam: vel neſcientia;:
z ſic purior eſſet beata virgine ſi puri
tas hec eét receſſus ab impuritate.
Ite; ſi forte diceretur qp h puritas di
citur per receſſum ab impuro: vbi ap
tum natum eét ineſſe impurum. ſcóm
h in xpo. vel etiam in deo non eét ma
ior puritas: qj in quouis homine: q2 vel
in xpo vel in deo non poteſt aliqua ipu
ritas eé. Ex his ergo patet qp hec ipu
ritas nó dicitur per receſſum ab impu
ro tantum: ſed etiam per approximatio
nem z acceſſum ad ſumme purum.
Scóm hoc queritur. vtrum btá vgo
niteret ſecundum ſtatum illum ea puri
tate. ſcilicet qua ſub deo maior nequit
intelligi. Et videtur qp non: quia etiá
ipſa poſt in ſtatu glorie nitebat maiore
puritate z tamen ſub deo. Item oés
ſancti patrie in ſua puritate glorie pluſ
videntur appropinquare puritati pure
qj ꝗcůq; puritas vie. Illa. n. ſufficit ad
hoc vt poſſint primam lucé p ſpecié vi
dere. hec autem non ita. ergo beatiſſi
ma virgo non nitebat tunc ſumma ſub
deo puritate. Item ſi dicatur qp intel
ligif ſecundů ſtatů vie. adhuc nó vide
tur hoc poſſe ſtare q2 aia xpi que crea
tura fuit in ſtatu vie maiori qj beatiſſi
ma virgo nitebat puritate. Contra

predicta obicitur in hunc modum. Pu
ritas vt videtur ſequit naturá luis ⁊
luminoſi. ꝙ aūt plus participat ↄ̄ natu
ra lucis: plus h; puritatis ut ſumma
lux uel ſumme luminoſu; ſumme ſit lu
cidum ⁊ purū. ⁊ vbi magis ꝓprie ⁊
vere ē ꝓprietas lucis ibi etia; magis
vere ⁊ ꝓprie eſt ꝓprietas puritatiſ.
Unde cu; ſit lux corporalis ⁊ lux ſpūa
lis: ⁊ ut dicit Aug. ſuper Gen. ad litte
ram magis ꝓprie dicatur lux. lux ſpi
ritualis ꝙ̄ lux corporalis. erit ⁊ puritaſ
corporalis ⁊ ſpiritualis. Sed maior pu
ritas corporalis eſt ſecundum maiorē
conuenientiam ad ſummam corporalē
lucem. Et ſm hoc aqua purior eſt ꝙ̄ ter
ra. aer ꝙ̄ aqua. ignis ꝙ̄ aer. firmamētū
ꝙ̄ ignis. celum aqueum ꝙ̄ firmamen
tum. celu; empireum ꝙ̄ aqueū. Et iſtō
patet ad ſenſu;. Similiter ergo erit ma
ior puritas ſpiritualis ſecundū maiorē
conuenientiam ad ſummam ſpiritualē
lucem que eſt deus: qui lux eſt in tene
bris: in quo tenebre nō ſunt vlle. Secū
dum hoc ergo purior eſt anima ſenſibi
lis ꝙ̄ vegetiua. rationalis ꝙ̄ ſenſibilis.
rationalis angelica ꝙ̄ rationalis hu-
mana ſecundū naturam. Secundum
gratia; autem que ē quaſi lumen crea
tum procedens a luce increata vbi ma
ior ē participatio ibi maior ad primam
lucem appropinquatio. ergo vbi gratia
in ſummo ibi appropinquatio in ſūmo
⁊ puritas in ſūmo. Sed in beata virgi
ne reſpectu omniū creaturarum alia;
nen vniuſa; fuit gr̄a in ſūmo. ergo ap
propinquatio ad primam lucem in ſum
mo. ergo puritas in ſūmo. Itē Apl's
pria. Thim. i. ꝙ caritas ē de puro cor-
de. ergo vbi caritas in ſūmo ibi puri-
tas in ſūmo. Sed in beata virgine ut
oſtenſum eſt ſupra: fuit caritas in ſum
mo. ergo puritas in ſūmo. Item eſſe
ctus Jerarchice actionis ſunt purgari
illuminari. ⁊ perfici. Sed beata v̄go fu
it in ſūmo illuminata ⁊ perfecta. ergo

⁊ purgata. ergo pura in ſūmo. Item
ad ratioṇē doni ſupremi ſequitur col-
latio omnium inferiorum. Iuxta illud
Ad ro. 8. Qui proprio filio ſuo non pe
percit ⁊c̄. quomō non omnia cum ipſo
nobis donauit? Sed dom⁹ btē virgini
ſūmum donauit cuius capax fuit pura
creatura. ſ. dei maternitatē. ergo ⁊ ſū
mam puritatem. Item Dyoniſius in
ſecundo c. Ange. Jerar. dicit ꝙ ſupe
riores habent ꝓprietates inferioru;
cum excellentia. Unde Seraphyn qui
excellunt caritate. excellunt omnibus
donis omnes inferiores. ergo ⁊ beatiſ
ſima virgo cum excellit ſeraphin cari
tate. excellit etiam puritate. Item cā
tatur in feſto pente. in ꝓſa. Tu purifi-
cator omnium flagitiorum ſpiritus. er
go effectus ſpiritus ſancti eſt purifica
tio. finis vel effectus purificationis eſt
puritas. Sed beata uirgo ſuper omnē
creaturam habuit ſpiritum ſanctum.
Iuxta illud luce. i. Spiritus ſāctus ſu
perueniet in te ⁊c̄. vbi dicit glo. Qd̄
nunꝙ̄ in aliquem venit: veniet in te. er
go in ſummo fuit purificata. ergo in ſū
mo pura. Item ſicut virginitas ē pu
ritas cordis. ita fides ē virginitas mē
tis. Sed beatiſſima virgo habuit virgi
nitatem in ſummo. ergo ⁊ puritatem i
ſummo. Item puritas ē pars pulcri-
tudinis: ⁊ pars ꝓportionabilis mior
debet eſſe ſuo toto. ergo vbi pulcritu
do in toto ſummo: ibi ⁊ puritas eſt i ſū
mo. Sed beatiſſima virgo pulchra fu
it in ſūmo ergo ⁊ pura fuit in ſummo.
Maiō p; per figuras ipſius. De Rebec
ca cui que figurabat ipſā dicit ꝙ erat
puella decora nimis virgoq; pulcher
rīa. Itē heſter ij. ꝙ erat formoſa val
de ⁊ īcredibili pulcritudīe oīu; oculis
gratioſa ⁊ amabil' ⁊c̄. Itē p; idē p Ju
dith ⁊ Rachel. Itē puritati ſiue mū
dicie cordis attribuit videre iuxta illō
Mat. 5. Btī mūdo corde ⁊c̄. Et illō Da
pure mētis oculos. S; btā v̄go in ſum

mo vidit deum. ergo in ſūmo pure hūit
oculū. Itē ponam⁹ ſcd̄m ſtatum vie
ꝙ aīa btē virginis ſine omni additione
gr̄e ⁊ gl'ie ſepararetur a corpore: conſtat
ꝙ tunc formoſiſſima eſſet in puritate.
Sed eandem hūit in corpe. ergo ⁊ tūc
ſuper oēs creaturas nitebat puritate.
Item ꝙ nō obſtet ꝙ ſua puritas nō
plene apprehendat per ſpēm lucem in
creatam: videtur per ſimile. Videmus
enim ꝙ quādoq; maior lux minus illu
minat. ⁊ minor lux maius illūīnat ꝑ
ↄiunctionē cū aere obſcuro vel claro.
Unde qn̄q; illumiat tm̄ luna in nocte
aere puro quātum ſol in die aere obſcu
ro. ⁊ tn̄ iꝓportionabiliter eſt maior
lux ſolis ꝙ̄ lune. A ſimili ergo nō vide
tur incōueniens ſi maior lux gr̄e in ſu
biecto paſſibili ↄiuncto corpori ⁊ paſſi
bili ⁊ groſſo minus immutat ⁊ mouet
actualiter: ꝙ̄ maior lux gratie in ſubie
cto impaſſibili ⁊ glorioſo. Ex his ergo
omnibus probatur. ⁊ ꝓbabile videtur
ꝙ ſimpliciter verū ſit ꝙ ſciſſ'ma oīum
dn̄a. ⁊ in ſtatu vie ſup omnem creatu-
ram ea puritate nitebat qua ſub deo
maior nequit intelligi.

Utrū hāc puritatem ſimul vel ſucceſſi
ue ſuſcepit. ca. 179.

Uxta hoc q̄ritur qn̄ acceperit iſtā
puritatem in ſūmo vtrū ſimul vl'
ſucceſſiue. Conſtat enī ꝙ in vtero fu
it ſcificata ⁊ purgata. Sed ſtatus i vte
ro inquantū huiuſmodi non eſt ad ope
randū. ergo illa purificatio non fuit ꝑ
virtutes huiuſmodi ſ; per gratiam ope
rantem ſimul ad gratiam ſacramenta
lem. Item conſtat ꝙ poſt modum ēt
operabatur ſecūdū virtutes. ⁊ illa ope
ratio ē ipſius anime purificatio. Unde
Act. 15. fide purificans corda eo;. Itē
conſtat ꝙ in perfectionibus gratuitis
ad operandū gradus fūt. eo ꝙ dona v̄
tutibus ſunt ſuperiora. ⁊ beatitudines
donis. ergo ſm hoc gradus hr̄e potuit

purificatio que ex his perfectionibus ē
effecta. Itē ſi purificatio illūīnaī: or
dinaſ ad illuminationē ⁊ ꝑfectionē. er
go qn̄ illa fuerit in ↄplemento tūc etiā
puritas fuit in ſummo. Sed hoc fuit in
conceptione lucis eterne. ergo tunc im
pleta fuit hec puritas in ſummo. Itē
huius puritatis cauſa fuit ut dicit An
ſelm⁹. ꝙ debuit eſſe mater dei. ſed effe
ctus non eſt prius in re ꝙ̄ ſua cauſa. er
go non debuit prius pura eſſe puritate
qua maior nequit intelligi ꝙ̄ tunc cum
debuit eſſe mater dei. Ad hec dicim⁹
ſoluendo. ſicut ait Anſelmus. Nempe
ſic decens erat ut ea puritate qua ſub
deo maior nequit intelligi virgo illa ni
teret. cui deus pater vnicum filium ſu
um quem de corde ſuo equalem ſibi ge
nitum tanꝙ̄ ſe ipſum diligebat: ita da
re diſponebat: ut naturaliter eſſet vn⁹
idemq; communis dei patris ⁊ virgi-
nis filius. ⁊ quam ipſe filius ſpeciali-
ter ſibi matrem eligebat. ⁊ de qua ſpi
ritus ſanctus volebat ⁊ operaturus
erat: ut conciperetur ⁊ naſceretur ille
de quo ipſe procedebat. Dicimus er
go ꝙ hec puritas eſt ab originali non
dico diſtantia ſed ſegregatio. ⁊ ad pri-
mam lucem quantum poſſibile eſt pure
creature deiformis approximatio. Un
de ſecundu; rem nihil aliud eſt hec pu
ritas. niſi peccati originalis deletio.
fomitis extinctio. gratuitarum perfe-
ctionum vltimatio. Ex his patet ꝙ ni
hil ad propoſitum eſt qd̄ obicitur ↄ̄ ali
is ſanctis vel inanimatis vel xp̄o vel
angelis vel deo. Concedimus etiam
ꝙ in beata virgine ſecundum ſtatū vie
fuit gr̄a deiformior ꝙ̄ in angelis. ⁊ hoc
dico quantum ad ſubſtantiā ſ; n̄ quātū
ad actū qui eſt opatō. ut ſupra plene ↄ̄
terminatū eſt in mā de caritate. Dici
m⁹ etiā ꝙ ad hanc puritatē in ſummo
quatuor gradib⁹ aſcēdit: Pmo enim pu
rificata fuit ꝑ ſanctificationē in utero.
ſcd̄o in v̄tutū exercitatione. Tertio in

ſpũs ſci ſupueñtõne. quarto ĩ filij ↄcep
tione. In p̃io gradu eſt pfectio gradu
um uel gr̃arũ ſacramentaliũ. In ſcõo
pfectio uirtutũ. In tertio pfectio dono
rũ. In quarto pfectio fructuũ ↄ btitu
dinũ. De p̃io dicit̃ Can. 4. Tota pul
chra es ↄc̃. tota pulcra ab originali. to
ta pulcra a mortali. ↄ macula. ſ. uenial̃
peccati nõ eſt in te. De ſcõo ibidẽ. 4.
Quam pulcra es amica mea ↄc̃. q. d.
q̃ȷ pulcra es corpore per caſtitatem. q̃ȷ
pulcra in ope p caritatẽ. q̃ȷ pulcra ĩ cor
de p humilitatẽ. Itẽ de eodẽ. Heſter
ij. Erat Heſter formoſa valde ↄc̃. for
moſa in ope p caritatem que ẽ forma v̉
tutũ ↄ incredibili pulcritudĩe in corpe
p inſolitam v̉ginitatis caſtitatẽ. iuxta il
lud. Sap. 4. Quã pulcra eſt caſta gene
ratio cũ claritate. Oium ocul̃ gratioſa
ↄ amabilis propter cordis hũilitatẽ iux
ta illud Luc. i. Reſpexit humilitatẽ an
cille ſue. Itez d̉ eodez Judith. xi. Nõ
eſt mulier talis ſup terrã in aſpectu ↄ
pulcritudine ↄc̃. In aſpectu ↄuerſatõiſ
in ope. In pulcritudĩe caſtitatis in cor
pore. In ſenſu verborꝫ. i. in exterioribꝰ
v̉bis: ĩ puritate cogitatõis ĩ corde. De
tertio gradu dicit̃ in ps. Scificauit ta
bernaculũ ſuũ altiſſimꝰ. Itez deꝰ in me
dio eiꝰ nõ ↄmouebit̃. Itẽ luc. i. Spũs
ſcũs ſupueniet ĩ te. Item yſa. xi. Requi
ſcet ſup eum ſpũs dñi ↄc̃. haud dubiũ;
quin etiã ſup eã. De q̃rto dr̃ Eze. 43.
Maieſtas dñi ingreſſa eſt templũ ad vi
am porte q̃ reſpicit ad orientez. Et poſt
ſeqtur. Et repleta eſt gl̃ia domus dñi.
Item Jere. 14. Solij gl̃ie tue recordare
Itez yſa. 60. Domũ maieſtatis mee glo
rificabo. Et in eodẽ 46. p̃parabit̃ ĩ miſi
cordia ſoliũ eiꝰ. Item Ap̃ls ad heb. 4.
Adeamꝰ cũ fiducia ad thronũ gr̃e eius
Item Anſelmꝰ. Ea puritate nitet ↄc̃.
Ex his manifeſtũ eſt q̃ ↄ q̃lis ↄ quan
ta eſt puritas in ſũmo quã hꝫ glorioſa
virgo pro priuilegio.

De hoc ꝙ eſt mr̃ dei. ca. 120.

Einde q̃ritur de eo q̃d eſt eſſe ma
trem dei. rõe cuiꝰ etiã p̃ricipaliter
dicit̃ gr̃a plẽa btiſſima dña: de quo q̃ri
tur vtrũ poſſit itelligi maior gr̃a pure
creature p̃ticipari q̃ȷ eẽ mr̃em dei. Et
videt̃ ꝙ ſic. Gr̃a eni imediata eſt poſt
filiũ p naturã eſſe filiũ p gr̃am ↄ ita vi
det̃ ꝙ plus ſit eẽ filiũ dei p gr̃az adop
tõis q̃ȷ eẽ mr̃em dei per naturã creatã.
Item videt̃ ꝙ plus ſit dari alicui eẽ
angelũ q̃ȷ eſſe matrẽ dei. q2 natura ãge
lica ẽ ſup naturã humanã. Item plus
eſt eleuari ĩ ſubſtantiã q̃ȷ ĩ accidẽs. ſic
ri angelũ eſt eleuari ĩ ſubſtantiã ſupio
rem. fieri mr̃em eſt tñ eleuari ẽm ac
cidens. ergo maior gr̃a cõfertur btiſſi
me virgini ſi fieret angelꝰ q̃ȷ eſſe mater
dei. Itẽ cũ ſpũs ſcũs ſit tertius in tri
nitate pꝰ ẽm ordinẽ nature: ↄ filiꝰ ſcõs
ſcõm illum modũ. ergo poſt illã gr̃az q̃
aliqs fit filiꝰ dei p̃ris. immediate vide
tur eſſe illa q̃ aliqs fieret ſpũs ſcũs. ↄ
ſic patet ꝙ poſt eſſe filiũ dei põt maior
gr̃a itelligi q̃ȷ eſſe mr̃em dei. ſ. ſpiritũz
ſctũm. ↄ ita nõ videt̃ imediata gr̃a btiſ
ſime v̉ginis ad gr̃am filij d̉i dñi nr̃i Ihu
xp̃i. Item ſi btã v̉go adhuc vnũ filiuz
purꝫ hoiem genuiſſet ille eſſet filꝰ v̉gĩs
ↄ frater dei ↄ illius gratia maior eſſet
gr̃a btiſſime v̉ginis. que fuit mr̃ dei ſꝫ
non filia virginis. Item iuxta hoc q̃
ritur ſi aliqua pura creatura eſſet pr̃
dei ẽm humanitatẽ vtrũ hoc eſſet plꝰ
q̃ȷ eſſe matrem dei. Et videt̃ ꝙ ſic. q2
maius ↄ dignius eſt eſſe p̃rez q̃ȷ mr̃ez.
ergo eodem addito eadem maneret he
atitudo. ergo maius eſt eſſe patrem q̃ȷ
matrem dei. Item ſi diceretur ꝙ im
poſſibile eſt eſſe hoiem patrem dei: er
go ita impoſſibile fuit v̉ginem eſſe ma
trem ſcõm naturã. Sed ſicut nec illõ
fuit deo impoſſibile ita nec illud. yſa.
66. Ego qui generationem alijs p̃ſto nũ
q̃d ipſe ſterilis p̃manebo. Ex quo ↄſue
uit trahi ꝙ gñratõis eterne ſi niſi vnꝰ
õ uno ſit expreſſiſſimũ exemplũ. Eſt n.
chriſti gñratõ tpalis nõ niſi ex vna per
ſona ſola. ſꝫ in diuinis nõ eſt materni
tas ſed tñ p̃rnitas. ergo expreſſius illã
generationẽ repreſentabit homo pr̃ d̉i
q̃ȷ homo mr̃ dei. ergo eſſet dignius ↄ
nobilius eſſe patrem q̃ȷ matrem dei. er
go hec nõ eſt maior gratia que partici
pari poſſit a pura creatura. Item ad
ſupra queſitum cũ poſt proprietates im
mediate ſint appropriata: vr̃ ꝙ pꝰ cõiũ
ctionem proprietatum immediate ẽ ꝓ
priatorꝫ ↄiunctio: ↄ ſic poſt fieri deum
eſſet fieri omnipotentez ſumme ſapien
tem ſũme bonũ. Cõtra p̃dicta obicit̃
in hunc modũ. Inter matrẽ ↄ filium
eſt coniunctio ſubſtãtialis: inter patrẽ
ↄ filium adoptiuum eſt participatio ac
cidentalis. ergo magis eſt eſſe matrez
dei per naturam q̃ȷ eſſe filiũ dei p adop
tionem. Item inter eſſe filium dei p
naturam ↄ eẽ deũ: ↄ eſſe filium dei per
adoptionem: ↄ non eſſe deum. mediuz
eſt eſſe matrem dei per naturam ↄ nõ
eſſe deum. ergo immediate poſt eſſe de
um eſt eſſe matrem dei. Item quicq̃d
claudit alterum in ſe plus eſt eligendũ
q̃ȷ illud quod nõ claudit alterum in ſe.
ſed eſſe matrem per naturam neceſſa
rio claudit in ſe eſſe filium per adoptio
nem: ergo plus eſt eſſe matrem dei q̃ȷ
eſſe filium dei per adoptionem. Itez
ad quod ſequitur magis bonum illud
plus eſt eligendum. ad eſſe matrem d̉i
ſequitur maius bonum q̃ȷ ad eſſe ange
lum. ergo hoc melius eſt: ↄ magis eli
gendũ. Minor pꝫ. quia ad eſſe matrẽ
dei ſequitur eſſe dominam omnium an
gelorum. Item cã inquantũ cauſa di
gnior ẽ effectu inquantũ effectus. ergo
dignius ẽ eſſe cauſã boni q̃ȷ cõcauſatũ
bono. Sed mr̃ dei cauſa ẽ ↄ origo dei
ſecundum id q̃d natum eſt. frater autẽ
dei non eſt origo vel cauſa dei ſed cã
tus ab eadem origine. ergo plus eſt eẽ
matrem dei q̃ȷ fratrem dei. Item ma
ter reſpectu filij dei dicit relationez ſup
poſitionis: frater autem equiparãtie.
vnde dicit̃. Deutero. 5. Honora patrem
ↄ matrẽ. non aũt eſt preceptũ de fratri
bus honorandis. Manifeſtũ eſt ergo ꝙ
plus eſt eſſe matrem dei q̃ȷ fratrẽ. Itẽ
ſi beata virgo fieret ſpũs ſanctꝰ tunc
eſſet ipſa ↄ ipſe: ↄ ſic eſſet ↄfuſio ſexus.
Item ſi duo filij eſſent eſſet alter ma
ior qui eſſet filius p̃ris ↄ alter minor
qui eſſet filius matris beate virginis.
Item ꝙ nõ poſſ̃t homo eſſe pater d̉i
ſic probatur. Dicit p̃hus ꝙ maſculus ẽ
qui generat in alio. ergo ille qui eſſet
pater dei aut generaret in alio aut in ſe
ipſo. Si in alio ergo duo. vnus generãs
in alio ↄ vnus vel vna generans ab al
tero. ergo eſſet ibi maſculus ↄ femina.
Si aũt ille pater generaret in ſe ipſo.
ergo non eſſet maſculus. ergo nec pr̃.
Item tunc non eſſet ratio quare plus
diceret̃ pr̃ q̃ȷ mater. Item cum nõ ſit
in viro locus cõceptionis ↄ formatio
nis ↄ nutritionis. ſi fieret ſubita forma
tio non eſſet generatio. Item cum ſit
ibi organũ partus: indifferens eſſet ra
tio virginitatis. ↄ ſic non eſſet filius v̉
ginis. Item eſſet nec pater nec mr̃.
Item ſic eſſet excluſus ſexus femine
us ab incarnatione. cum incarnatum
nõ eẽt femina. nec de femina incarna
tũ. Ex his manifeſtum eſt ꝙ maior
gratia nõ põt intelligi pure creature
participari q̃ȷ eẽ matrem dei. vnde hec
eſt priuilegium beatiſſime virginis do
mine noſtre.

Qd̃ ẽ mater ↄ virgo. ca. 121.

Equitur uidere de illo priuilegio
q̃d ẽ mater ↄ virgo. De quo q̃rit̃
primo qualiter ponatur inter priuile
gia gratie: cum non videatur eſſe gra
tuitum. quod ſic probatur. Vtrunq;
poteſt non eẽ ſine peccato. ſ. eẽ virginẽ
ↄ eẽ matrem. ergo neutrum poteſt eſſe
gratuitum. Item quelibet pars ſecũ
compatitur peccatum mortale. ergo ↄ

totum. Item ex duobus indifferenti
bus non fit vnum gratuitum. Ex his
videtur ꝙ non deceat pom pro priuile
gio. Item ꝙ non conueniat ſoli. vide
tur. philoſophus dicit ꝙ ſexus eſt i plã
tis ⁊ eſt planta maſcula: planta femĩa
⁊ tamen planta generat plantam ſine
corruptione vel commixtione. ergo ibi
ſimul eſt virgo ⁊ mater. Item eccle
ſia eſt mater ⁊ virgo. ergo non ſolum
beata v̾go. Si dicatur ꝙ eccleſia dica
tur mater ⁊ virgo ſpiritualiter. tũc ſic
nobiliõ ⁊ verior ⁊ perfectior eſt mater
nitas ⁊ virginitas ſpiritualis: ꝗ̃ corpo
ralis. ergo eccleſia verius ⁊ nobilius ⁊
perfectius dicitur mater virgo. ꝗ̃ bea
ta virgo. Item virgo nubens in cari
tate nulla; perdit virtutem ſi prius ha
buit virginitatem virtuoſa; ergo ⁊ ad
huc habet. ⁊ fit mater. ergo hab; ⁊ ma
ternitatem ⁊ virginitatem ſimul. ergo
eſt virgo. Item quicquid ẽ in inferio
ribus pertinens ad dignitatem eſt ⁊ in
ſuperioribus. ſed angelus non gen̄rat
angelum. ergo hoc non pertinet ad di
gnitatem. ergo in hoc non debet cẽ pri
uilegiũ. Contra. homo eſt digniſſima
creatura. ergo generatio hominis eſt
nobiliſſimus effectus generationis. er
go generatio nobiliſſimi cuiuſdam ho
minis eſt effectus nobiliſſimus. S; no
biliſſim' ñ ẽ niſi nobiliſſime ſubſtãtie.
iuxta illud luc. vi. vnaqueq; arbor ex
fructu ſuo cognoſcitur. ergo generatio
nobiliſſimi hominis erit effectus nobi
liſſimus: vel nobiliſſime hominis gene
rantis. Sed vnus ſolus eſt homo nobi
liſſimus. ergo vni ſoli cõuenit eſſe ma
trem illius. ergo huiuſmõi maternitas
eſt priuilegium vnius ſolius. Ite; ef
fectus huiuſmodi generatiõis fuit per
fectus in ſummo. ergo ⁊ generatio per
fecta eſt in ſummo. Sed perfectior eſt
generatio vbi vnus de vno ꝗ̃ vbi vnus
de duobus: ergo i iſta generatione de
buit eſſe vnus de vna. ergo illa fuit ma

ter ⁊ virgo. Item ad perfectiſſimam
generationem ſcd̃m naturam ſeqtur p
fectiſſima maternitas. Sed pfectior ⁊
nobilior eſt maternitas cũ incorruptõ
ne ꝗ̃ cu; corruptione. Sed iſta fuit per
fectiſſima. ergo debuit cẽ cu; virgitate
Ite; quicqd eſt in arte exemplari di
uina totum debet eſſe declaratu; ⁊ exẽ
platu; in exẽplo creato. ergo ⁊ genera
tio diuina aliquod debet habere exem
plum in natura. Sed ibi vnus de uno
ſine diuiſione: corruptione vel mixtiõe
ergo ⁊ hic vnus de vna ſine corruptio
ne. ergo erit mater virgo. Item pria
dignitas in diuinis que ẽ cõmunicabil'
creaturis eſt a quo alius per generatõ
nem. ergo ⁊ hec prima ⁊ ſumma digni
tas naturalis. ergo ⁊ in hoc poteſt eſſe
priuilegiũ ſuper oĩa virginis glorioſe.
Item hõ ẽ minor mũdus. Creare mũ
dum maiorem priuilegium ẽ dei. ergo
generare mundũ minorẽ priuilegiũ pt
cẽ hoĩs. Ite; deus melior ẽ mundo.
ergo plus ẽ generare deũ: ꝗ̃ creare mũ
dum. Ite; virginitas prout fuit i btã
virgine fuit receſſus ab omni malo.
Maternitas dei fuit ei collatio oĩs bõi
ergo omne eligendũ ⁊ omne appetẽdũ
intelligitur in hoc priuilegio. Ite; ꝙ
hoc ſolum conueniat btiſſime virgĩ pro
batur hoc mõ yſa. lxvi. Anteꝗ̃ parturi
ret peperit ⁊c̃. Et infra. Quis audiuit
talia ⁊c̃. Item eccleſia cantat. Nec p̃
mam ſimilem viſa eſt nec habere ſeqn
te;. Itẽ dyonyſius. Qd̃ hoc erat oĩu;
nouorum nouiſſimum. Ad hoc diciuſ
ꝙ priuilegium eſt beate virginis ꝙ ſit
mater dei ⁊ virgo ⁊ ꝙ ſua virginitas
nec ſua maternitas fuit indifferens. ſ;
vtrunq; meritorium. Eius enim virgi
nitas fuit perfectiſſima integritas cor
dis ⁊ cõporis precedens ex radice ſum
me caritatis. Eiuſq; maternitas ſibi
fuit meritum. quia ipa de congruo me
ruit fieri mr̃ dei mẽto fidei ſpei ⁊ cari
tatis ⁊ ſue excellentiſſime humilitatis

Ex his etiam patet ſolutio ad obie
cta de eccleſia ⁊ de planta. Eccleſia. n.
non habet in omnibus membris inte-
gritatem carnis ⁊ in nullo habet inte-
gritatem carnis ⁊ cordis cum ſumma
fecunditate ſpiritus ⁊ corporis: excepta
perfectiſſima virginitate beate virgi-
nis ⁊ fecunditate. Sed ⁊ illam ſpiritua
lem fecunditatem ⁊ virginitatem qua;
habet eccleſia in alijs membris habet
⁊ beatiſſima virgo i ſe excellentiſſime
cum alijs communem ⁊ inſuper iſtam
priuilegiatam ſingularitate;. Sed nec
etiam planta ſuo modo habet virgini-
tatem ⁊ fecunditatem. Et quidem ſuo
modo virginitas ⁊ maternitas dici poſ
ſet. ſi ſimul virorem florationis cu; par
tu fructificationis reſeruaret. vt dice-
re poſſ;. Flores mei fructus. ſicut ami
gdalum. illud quod virginis matris fi
gura fuit quodam modo ſub vmbra ⁊
enigmate futuri beatam virginem pre
ſentauit.

Quod eſt virgo virginum. capl. i3i.
Unc reſtat videre de illo priuile-
gio quo dicitur virgo virginum:
Contra quod ſic obicitur. In huiuſmo
di locutionibus notatur excellentia vt
flos florum quaſi dicat excellens om-
nes flores. Similiter rex regum ⁊ do
minus dominantium. Cum ergo nihil
excellat ſeipſum. nihil eſt virgo virgi-
num. Si dicatur ꝙ excellit omnes vir
gines a ſe virgines a ſe. contra ergo ex
cellit chriſtum in virginitate. quod fal
ſum eſt. Item ſecundo ſi dicitur virgo
virginum non ꝙ excellat ſeipſam vel
deum vel chriſtum ſed inferiores ſe.
ſic ⁊ beata virgo catherina poſſet dici
virgo virginum. quia excellit omnes
virgines inferiores. ⁊ quelib; virgo ſic
eſſet virgo virginum. Quare ergo hu
iuſmodi deſignatur habitudo? Et ſi di
catur ꝙ habitudo originis vt ſit ſenſus
virgo virginum. ideſt virgo origo vel

mater omnium virginum. ſm̃ hoc eua
deberet dici virgo virginum. quia ipſa
eſt mater ⁊ origo omnium virginum ⁊
omnium viuentium. Item ꝙ non ex
cellat videtur quia philoſoph' dicit ꝙ
incontinens eſt qui patitur ⁊ deducit.
continens qui patitur ⁊ nõ deducitur.
inſenſibilis qui nec patitur nec deduci
tur. Sed beata virgo ab oppoſito virgi
nitatis nec patiebatur nec deducebat
ergo fuit inſenſibilis. Sed inſenſibili-
tas non eſt virtus. alie autem continẽ
tes patiebantur ⁊ non abducebantur
quod eſt virtus caſtitatis. ergo beatiſ-
ſima virgo non excellit alias virgines i
continentia. Contra genitus a gene-
rante quaſi a prima ſui ratione a qua ⁊
nomen recepit: ⁊ notat habitudine; gi
gnentis ad genitum vel econuerſo.
Sed beata virgo eſt mater omnium in
virginitate que prima ſine precepto. cõ
ſilio: vel exemplo: glorioſum virginita
tis munus deo obtulit: per quod ⁊ om
nes virgines per imitationem in virgi
nitate genuit. ergo ei ſoli conuenit: ꝙ
ſit virgo virginum. ideſt mater omniũ
virginum. Item ſi notetur ibi excel
lentia: excellit omnes virgines in fomi
tis extinctione: ⁊ in ſumma puritate.
ergo ſimiliter conuenit ipſi ſoli omnes
citra deum excellere in virginitate.
Item victoria eſt declaratõ potentie
ſuper aduerſarium. ſed magis ⁊ magis
declarat potentia; quando tanta eſt po
teſtas in aduerſarium ꝙ non poteſt mo
uere bellum nec inire conflictu;: ꝗ̃ tũc
cu; poſt ictus ⁊ vulnera vincit inimicũ
Ex h̾ p; ꝙ maior fuit vt' i btiſſima v̾gi
ne caſtitatis ꝗ̃ in aliqua virgine pura
homine. Item ꝙ in virginitate excel
lit angelos videtur quia angelorum
caſtitas eſt a natura. hec autem a gra
tia. unde hec nobilior ꝗ̃ illa. Item an
gelorum neceſſaria. hec autem vo-
luntaria unde gratior hec quam illa.
Item angelorum non eſt meritoria

Unde utilioꝛ hec ꝙ̄ illa. Itē angelo
rum in natura eſt ipaſſibili. hec aūt in
carne fragili. unde ħ mirabilioꝛ ꝙ̄ illa
Item angeloꝝ ē cū libero arbitrio fle
xibili. ergo laudabilioꝛ hec ꝙ̄ illa. ⁊ ſic
ē nobilioꝛ gratioꝛ utilioꝛ glorioſioꝛ mira
bilioꝛ: laudabilioꝛ ⁊ etiam integralioꝛ
quia hec eſt in aīa ⁊ ī corpoꝛe. illa autē
in ſpū tm̄. Patet ergo qualr̄ btiſſima v̄
go excellit oēs virgines citra illum qui
eſt deus in virginitate.

Quare nō dr̄ mater matrum cap. 183.

Uxta p̄dicta q̄rit̄ qualr̄ btiſſima
virgo nō dr̄ mater matrū ſicut dr̄
virgo virginū. Sicut. n. excellit oēs
virgines ī virgītate. ita ⁊ oēs matres
in maternitate. Item a digniori debꝫ
fieri denoīatio. Dignius ē aūt eſſe ma
trem dei ꝙ̄ eſſe virginem. ergo dignioꝛ
eſt excellentia maternitatis ī btā virgi
ne ꝙ̄ excellētia virginitatis. ergo poti⁹
debet dici mr̄ matrum ꝙ̄ virgo v̄ginū.
Item precipua dignitas cōicabilis ē
generatō. ⁊ huic iſta eſt ſimilima. ergo
beata virgo potiſſime deberet ab illa d̄
nominari. Itē oīum bonoꝝ mater ē.
Sapi. vij. ergo ⁊ mr̄ matrum. Cōtra
que ſm̄ prius ⁊ poſterius: ⁊ n̄ vniuoce
dicūtur n̄ ſunt cōpabilia. Sed materni
tas primo ⁊ pricipalr̄ ⁊ veriſſime d̄ btā
virgine dicitur. d̄ alijs aūt per poſteri⁹.
ergo non ſunt comparabiles ei alie ma
tres in maternitate. Sed res ſuplatiui
comparātur rebus ſuppoſitis p̄ gēitiuū.
ergo nec ꝓprie. nec vere diceretur ma
ter matrum. Item in virginitate btē
virginis fuit id quod etiā ē in virgini
tatibus aliorum. ſ. integritas carnis ⁊
mentis. ſed perfectius ⁊ plus. Sed mr̄
nitas vt fuit in alijs: nō fuit in ipſa: qꝛ
generauerunt ab alio. hec autem non
ab alio hoīe. ⁊ ſic pꝫ qualiter cōparabi
liter dicitur virginitas de btā virgīe ⁊
de alijs. ſed n̄ maternitas. ergo pōt dici
virgo virginū ⁊ non mater matrum.

Quod cōcedimus dicētes ꝙ btā v̄go
nō dr̄ mater matrū. ſed v̄go v̄ginum.
Et notaſ ꝙ genitiuū duplex hitudo gnā
ral̄ ⁊ ſpālis qꝛ rōne habitudinis quaꝫ ī
portat gn̄ralr̄ notat originē. rōne autē
ſpālis iportat excellentie ſignificatōnē.
rōne primi nō cōuenit xp̄o. vt dicatur
virgo virginū. qꝛ ipſe nō fuit prim⁹ vir
go q̄ generauit alias p̄ imitatiōem. Sꝫ
ipſius mater que primo per votum vir
ginitatis obpꝛobriū virgītatis abſtulit
⁊ eam in ſe cōſecrauit. Per ſm̄. ſ. excel
lentiam nulla alia poteſt virgo virgīuꝫ
dici. quia ipſa ſola excellit omnes virgi
nes alias. Excellit aūt in tribus. cāſi
tate: paritate: fecūditate: que tria non
eſt in aliqua virgine inuenire. Conce
dimus etiam ꝙ in tantū beata virgo
excellit omnes matres alias in mater
nitate: ꝙ etiam non videtur ſecundum
eandem rationem poſſe ei ⁊ alijs mr̄ni
tas cōuenire. non ꝙ ei aliquid deficiat
quod exigitur ad perfectaꝫ rationē ma
ternitatis. ſed quia ipſa ſola ſic pꝛīcipa
liter ac perfecte poſſidet rationem mr̄
nitatis: ꝙ omnes alie matres dicūſ ma
tres ſecundum diminutam rationeꝫ a
ratione ipſius maternitatis: vt melius
patebit infra in benedictionibus mulie
rum. Alioꝝ ſolutio pꝫ per ea que ī cō
trarium ſunt obiecta.

Quod ſit mater omnium capitu. 184.

Unc reſtat videre de priuilegio il
lo quo beata virgo dicitur mater
omnium. Queritur ergo vtrum ei illō
cōueniat. Et videſ ꝙ non. Filij. n. tpꝛe
non precedunt matrem. ſed multi tem
pore precedebant beataꝫ virginē. ergo
ipſa non eſt mater omnium. Item cū
generatio ſit ingreſſus in eſſe. ⁊ tm̄ tri
plex ē eē nature gratie. ⁊ glorie. beata
v̄go n̄ ē mater oīuꝫ ſm̄ eē nature. quia
plurimi p̄ceſſerūt eam ſecundum eē na
ture. Itē nec ſcd̄m eē grē. qꝛ multi hūe
runt ante gratiaꝫ ꝙ̄ ipſa. Item eadem
ratione nec ī eſſe glorie. qꝛ multi ange
li ⁊ homies āte hūerūt eſſe glorie ꝙ̄ ipā
Itē ſi ipſa ſit mater per fidem. multi
ſunt qui nūꝙ̄ habuerunt nec habebūt
fidem. ergo nec eſt mater oīum hoīuꝫ.
per fidem. Itē videſ ꝙ non ſit mater
corpōaliū. qꝛ corporalia nō hn̄t eē gra
tie. ergo nō poteſt eē mater illorū in eē
gratie. ⁊ cōſtat ꝙ nec in eē nature vel
glorie. Item aīatum pꝛopꝛie non ge
nerat inaīatum. Item corporalia nō
hn̄t fidem. ergo nō eſt mater oīum il
lorū. Itē videſ ꝙ nec mr̄ omnium bt
ſtorum angelorū. Illi. n. ſemꝑ fuerūt ī
gloria. ergo nihil receperūt ab ea. Itē
angeli nō ſunt recreati. ipſa aūt ē mater
per recreatōnē. ergo nō eſt mater coꝝ.
Item ipſa ē mater p̄ fidem. ſed ī āge
lis nō ē fides. ergo nō ē mr̄ āgelorum.
Itē quorūcūꝗ ipſa eſt mr̄: ipſorum
xp̄s ē frater. Sed xp̄s non ē frater āge
lorum. ergo ipſa non ē mater coꝝ. In
cōtrarium ꝙ ſit mr̄ oīuꝫ ꝓbatur ſic. lu
ce. ij. Peperit ſ'liū ſuū primogenitum.
ergo habuit ſcd̄o genituꝫ ⁊ cōſtat ꝙ n̄
carnaliter. ergo ſpūaliter. Sed gn̄atō
ſpiritual' vna ē oīum. ergo ipſa ē mater
oīum ſpiritualium. Item ad hebꝛ. 2.
filius eius nō confunditur vocare eos
fratres. Ad ro. 8. Ut ſit ipſe primogeni
tus in multis fratribus. Gen. 37. Caro
enim ⁊ frater noſter ē. Sed ipſa eſt mr̄
oīum illius fratrū. ergo ipſa ē mr̄ oīuꝫ
hoīum. Item yſa. vlti. Nunquid p̄tet
terra vna die aut p̄teſ gens ſimul? Cō
ſtat aūt ꝙ nō querit de terra ſcd̄m litte
ram: qꝛ ſtulta eſſet q̄ō. ergo intelligitur
de terra ſm̄ figurum. Sed terra ſcd̄m
figurā ē beatiſſima virgo. ergo ipā p̄tet
ſimul oēꝫ gētē. ergo erit mr̄ oīuꝫ hoīuꝫ
Item mar. xi. Et qui p̄eibant ⁊ qui
ſequebāſ clamabāt oſanna filio dauid
dicit Augu. Q̄ꝺ oēs ſiue p̄cederēt īcar
natōēꝫ ſiue ſequereſ: ſaluabāſ p̄ fideꝫ
mediatoris dei ⁊ hoīum. Sed ad illam
fidem neceſſario exigitur vl' implicite
vel explicite credere deum incarnatuꝫ
de virgine. ergo per hoc eſt regn̄ratio
vniuerſal'. ergo fides incarnati de v̄gie
eſt. per q̄ꝺ ē regeneratio in eſſe gratie
oīum hoīum. Itē ꝙ ipſa ſit mr̄ corpo
raliū ſic ꝓbatur. Ipſa ē mater innoua
tōis cōpaliū in illō Ro. viij. Ois crea
tura ingemiſcit ⁊ pturit vſꝗ adhuc ex
pectās reuelatiōem filiorū dei ergo ipā
ē mr̄ ī eē inouatōis oīuꝫ corpaliū. q̄n
ois creatura innouabiſ per ipſam ⁊ li
berabitur a ſeruitute corruptōnis ī lib
tatem glorie filioꝝ dei. Itē ꝙ ſit oīuꝫ
mr̄ videtur. q̄n oīum bonoꝝ mater ē.
Sapi. vij. Itē ipſa ē mater grē. ſed p̄
gratiā datur eſſe gratuitum ⁊ glorioſū
ergo ipſa ē mr̄ oīum bonoꝝ bōitate grē
⁊ glorie. Item de ipſa appꝛopꝛiate le
gitur. Cum ipſo erā cuncta cōponens.
Et tūc dominus poſſedit me initio via
rum ſuarum prouer. 8. Item. Eccle.
24. Primogenita ante omnē creaturā.
Ex his oībus videſ ꝙ ipſa ſit mater oī
um. ⁊ prioꝛ oībus ⁊ origo oīum. Itē
Ber. Merito o dn̄a reſpiciunt in te ocu
li vniuerſe creature in qua ⁊ ex qua
benigniſſime manus dei quicquid crea
uerat recreauit. Item ipſa eſt mater
dei ⁊ deus eſt pater ⁊ origo omniū. er
go ipſa eſt mater ⁊ origo omniuꝫ. Quic
quid enim p̄ ſe eſt origo cauſe: eſt per
ſe origo ⁊ cauſa cauſati ſed mater eſt p̄
ſe cauſa ⁊ origo filij: ⁊ filius per ſe cau
ſa ⁊ origo omnium. ergo ipſa eſt per ſe
omnium mater. Item angeli accipi
unt a domino ihu illuminationē. perfe
ctionem beatificationem: ipſe ē enim ī
quem deſiderant angeli pꝛoſpicere. 1.
pe. i. Per quem omnia reſtaurantur in
celo ⁊ in terra. Ephe. i. ergo ⁊ āgeli ſci
piunt quoddam eſſe glīe a beatiſſima
virgine. ergo etiam ipſorum eſt mater
in eſſe glorie. Itē ipſa eſt mater grē
ſed grā generat gloriam. ergo ipſa eſt
mater glorie. ergo ipſa ē mater omniuꝫ
que ſunt in eſſe glorie. ergo ipſa mater

angelorum. Ad hoc dicim⁹ rn̄dendo
ꝙ beatiſſima virgo eſt oīum bonorum
mater. Sed mr̄ reſpectu filij quattuor
h; ꝓpꝛietates. que ſunt genitura. cura:
prioritas. dignitas. Reſpectu alicuius
habet oēs iſtas ꝓprietates. ⁊ reſpectu
alicuius aliquas ⁊ nō oēs. ⁊ ſ; hoc ma
gis ⁊ minus proprie dr̄ oīum hominu;
mater. Item mr̄ ē ſm oēs ꝓprietates
maternitatis. Genitura. q: vnum hoīem
genuit ⁊ oēs regenerauit. ⁊ hoc ē q: pe
perit filiū ſuū primogenitum. Itē mr̄
noſtra ē cura q: in vero nob̄ genuit qc
quid ad hanc vitam vel futurā neceſſa
rium fuit. Unde eccli. xxiiij. A gñrationi
bus meis adimplemini. Itē q proprio fi
lio ſuo nō pepcit quō nō cū illo nob̄ oīa
donauit? Item dignitate: q: ipſa primo
genita ante oēm creaturā. Ite; prio
ritate predeſtinationis. Ipſa. n. āte ſecu
la predeſtinata eſt vt eſſet principiū ex
quo recreandū fuit oē creatum. ⁊ ſcōz
hoc loquitur iſte auctoritates dn̄s poſ
ſedit me ⁊c̄. ſm ꝙ de ipſa exponūtur.
Angeloꝝ quoq; mater dici pōt geni
tura q: generauit patrem angeloꝝ ⁊ re
ſtauratorem coꝝ. Prior ēt dignitate.
Similiter aūt ⁊ corporaliū mr̄ ē geni
tura. q: genuit ipſoꝝ innouatorē. ⁊ pꝛo
ipſis ꝓoritate p̄deſtinationis ⁊ dignita
te prelationis. ⁊ vl̄r q: mr̄ eſt creatoris
mr̄ ē oiu; creaturaꝝ. Et ſic p; qualiter
ꝓprium ꝓuilegium eſt beate virgis qm̄
omnium bonorum mater eſt.

## Quod dicitur ſtella maris. capi. i85.

Unc reſtat videre de illo ꝓuilegio
ſm ꝙ btiſſima virgo dr̄ ſtella ma
ris. De quo p̄mo querit̄ vtrū huiuſmōi
appellatō dicat̄ ꝓprie l' trāſlatiue. Et
vr̄ ꝙ proprie q: verba ſumenda ſunt ſe
cūdum cōmunē ſigificatiōem. Item
vbi magis ꝓprie eſt natura totius: ibi
magis proprie eſt natura ꝑtis. Sed in
ſpiritualibus magis ꝓprie ē natura lu
cis. ergo ⁊ ibi magis ꝓprie eſt natura
ſtelle. ergo btā vgo ꝓprie dr̄ ſtella ma
ris. Contra ſi ſumitur ꝓpꝛie vt dr̄ de
beata virgine ⁊ ꝓpꝛie vt dr̄ de ſtella. er
go iter illa non attēdit̄ aliqua ſimilitu
do. Itē ſm hoc potius diceretur btā
virgo ſtella celi q̄ ſtella maris. Poſt
hoc q̄rit̄ ſi hec appellatio cōueniat btiſ
ſime virgini trāſſumptiue. Et neceſſe ē
vt dicūt phus trāſſerentes aliqua ſimi
litudine vti. Que eſt āt ſimilitudo iſti⁹
ſtelle ſuper alias ſtellas cū btā ⁊ glorio
ſa? Non. n. vr̄ per naturā ſubſtantiue.
q: illa eadem ſimilitudo ē i illa ⁊ i alijs
Item figura iſtius ſtelle nō cōuenit
plus btiſſime virgini q̄ figura aliaru;.
Si. n. propter lucem maiorem alie que
dam plus ſunt lumioſe ⁊ tūc potius di
ceret̄ btiſſima vgo lucifer q̄ ſtella ma
ris. Item ſi dicatur ꝓꝑ ſitum hoc nō
videt̄. quia vltia ē illa ⁊ in cauda vrſe
Btiſſima aūt virgo nō ē vltima. neq;
in cauda. Item non ꝓꝑ motum. quia
mouetur cum firmamēto ſicut alie ſtel
le. ⁊ ſic non videt̄ ꝙ ſit aliqua ꝓprietas
ſtelle hui⁹ ſuper alias cū btiſſima vir
gine ꝓꝑ quā debeat noīari nomine ſtel
le maris plus q̄ nomie alterius ſtelle.
Item ſi dicatur ꝙ propter effectu;.
q: dirigit nauigantes. hoc iteꝝ cōmūe
eſt oībus ſtellis ⁊ lune ⁊ alijs plāetis.
Itē ſi dicat̄ ꝙ ſicut iſta ſtella dirigit
nautas claritate ſue lucis. ita btiſſima
virgo totum mundum luce ſue cōuerſa
tionis: ⁊ ſic dicitur ſtella maris ratōne
exemplaritatis. tunc querit̄ vtrū hoc
ſibi ſoli conueniat. vl̄ hoc habeat ꝓ pri
uilegio. Et videtur ꝙ nō. q: dictū fuit
moyſi. Inſpice ⁊ fac ſecūdu; exemplar
quod tibi in monte monſtratum ē. Qd̄
quaſi exponēs beatus dyoniſius dicit.
ꝙ ierarchia humana per exēplaritate;
deſcendit a celeſti. Et Apl̄s. xxi. Uidi
ciuitatem ſanctam ieruſalē nouam de
ſcendentem de celo. ergo videtur ꝙ rō
vniuerſalis exemplaritatis ſit in eccle
ſia triumphante: reſpectu militantis. ⁊
ſic ab illa exemplaritate nō dicet̄ bea
tiſſima virgo ſtella maris. Item ſꝫ ſs
in capite libri ſcriptum eſt ⁊c̄. glo. Ego
ſum liber humani generis. Item oīs
chriſti actio ē noſtra inſtructio. q dicit
Jo. 8. Ego ſum lux mundi. ergo ipſe po
tius diceretur ſtella maris. Item ſacra
ſcriptura ſufficienter oſtendit oīa peri
cula vitanda ⁊ omnia compendia naui
gandi ad portum patrie. Unde dicitur
Lucerna pedibus meis verbum tuum
⁊ lumen ſemitis meis. ergo illa propꝛie
tas a qua beatiſſima virgo dicitur ſtel
la maris. etiam conuenit ſcripture.
Item cum beatiſſima virgo data ſit
nobis in exemplum innocentie. Maria
autem magdalena dicatur ſtella mariſ
in exemplum penitentie illis qui ſunt i
naufragio conſtituti. videtur potius ꝙ
ſancta maria magdalena dicatur ſtella
maris. Ite; qui ad iuſticiam erudiūt
multos. quaſi ſtelle i perpetuas eterni
tates. ergo videtur ꝙ hec ꝓprietas cō
ueniat oībus doctoribus. Item q̄rit̄
iuxta hoc. vtꝝ hec proprietas conuēiat
beatiſſime virgini ſm ſtatum vie. Et
videtur ꝙ non. quia i illo ſtatu fuit ab
ſcondita vel occulta. Si autem ſecūdū
ſtatum patrie. tunc potius diceret̄ ſtel
la celi. Item cum non tantum viam
oſtendat ſed etiam tranſuehat. potius
deberet dici nauis maris: q̄ ſtella ma
ris. Item queritur quare ab hac pro
prietate nomen accepit cum habuerit
nobiliores reſpectu dei: ⁊ reſpectu nr̄i.
Quod autem beatiſſima virgo ꝓprie
dicatur ſtella maris ſic probatur. Una
eſt proprietas illius ſtelle ꝙ eſt ſita in
ſummo poli reſpectu omnium. ⁊ beatiſ
ſima virgo eſt ſuprema omniu; ſancto
rum. ergo ipſa conuenienter participat
nomen illius. Ite; vt dicit exaſtenes
de arthos minor: ꝙ in primo libro cau
de ſtella eſt vna ſuma que polus appel
latur: per quem locum mund⁹ ipſe exi
ſtimatur verſari. nulli aute; pure crea
ture videtur potius conuenire mundū
circa ipſum verſari q̄ glorioſe regine
celi ⁊ mundi. ergo ipſa eſt ſtella maris
Item iſta ſtella numerum implet ſep
tēnarium. qui eſt numerus virgineus.
quia vt dicit Macrobius. Omnes nūe
ri infra decadē vel generāt vel generā
tur preter ſeptennarium. Et cui magis
hoc proprium q̄ illi que nec ſecundum
naturam genuit nec genita fuit? Ite;
illa ē ſtella ſuprema ⁊ vltima in cauda
⁊ quid eſt hec niſi illa que eſt ſuprema
dignitate. ⁊ vltima humilitate? Ite;
ferrum attrahit. ⁊ beatiſſima virgo per
inſitam ſibi naturaliter miſericordia;
peccatores ad celum trahit. Itē nau
tas dirigit: ⁊ beatiſſima virgo omnes
naufragantes vniuerſaliter ad portum
ſalutis tranſmittit. Item ſita eſt cir
ca aquilonem. ⁊ beatiſſima virgo ſem
per verſa eſt ad peccatorem. Ex his pa
tet ꝙ multe ſunt ſtelle huius proprie
tates ſoli beatiſſime virgini appropria
biles. propter quas ſecundum modum
tranſumptionis beatiſſima virgo dici
tur ſtella maris. ⁊ quedam illaru; illi
ſoli conueniunt. quibus reſpōdent alie
proprietates proportionabiles in beata
virgine. propter quam conuenientiam
ipſa ſola proprie dicitur ſtella maris.
Si autem que ſint ille proprietates
queritur in quibus eſt ſimilitudo. Dici
mus i illa ſtella eſt conſiderare ſubſtā
tiam. qualitatem. ſitum. ſtatum. effec
tum. Subſtantia eſt celeſtis incorru
ptibilis. origo lucis. ⁊ beatiſſima virgo
eſt celeſtis conuerſatione. incorrupta
corpore. origo lucis generatione. Qua
litate eſt ſuperior: clarior: utilior. Et
ſic beatiſſima uirgo eſt omnibus ſupe
rior dignitate clarior uirgitate. utilior
fecūditate. Situ eſt ſuprema ⁊ i cauda
ultima. ⁊ btiſſima vgo eſt ſita i ſupmo

poli in dei dilectióne. Status ſtelle eſt
quaſi ſine motu ſine occaſu: ſine erroř.
Et beatiſſima virgo fuit ſiñ motu incó
ſtantie: ſiñ occaſu culpe: ſiñ errore igno
rantie. Effectus triplex ſteru; attrahit
lucem tribuit. nautas dirigit. Sic btá
virgo attrahit peccatores. illuminat pñi
tentes. dirigit innocentes. Item ſic. at
trahit a culpa. illuminat in iuſticia: di
rigit ad gloriã. vel ſic. Attrahit icipiẽ
tes: illuminat ꝓficientes. dirigit perfe
ctos ꝛ perſeuerantes. Et nota ꝙ dñs
beatiſſime virgini opus recreatónis ẜ;
genus quattuor cauſarum cõmũicauit
Cauſa efficiens noſtre regeneratio
nis poſt deum ꝛ ſub deo: ꝛ cum deo ipſa
fuit: quia ipſa illum nobis genuit qui
nos omnes regenerauit ꝛ vt ipſum gi
gneret ſuis virtutibus de congruo pro
meruit. Item cauſa materialř. quia
ſpũs ſanctus ð puriſſimis eius carnib⁹
ꝛ ſanguinibus. ipſius cõſenſu mediãte
carnem ſumpſit qð i corpus traſſorma
uit. per quod redemptio noſtra fcã fuit
Item cã finalis fuit: quia totum op⁹
redemptiõis poſt deum in ipſius gl̃iam
ꝛ honorem ordinatum fuit. Unde apo
ca. x. xxiiij. ſeniores ꝛ oẽs ſancti mittũt
coronas ſuas ante pedes agni recogno
ſcẽtes ſe oẽs coronatos illa humilitate
ꝛ humanitate. quã accepit de virgine:
ꝛ ipſa ẽ mulier illa que h; coronam ſtel
larum. xij. i. oĩum ſcõꝝ. q2 oẽs p ipſam
ſunt coronati. ꝛ ſic filius cũ ipſa dedit
ca; cãm finalẽ recreatiõis. Itẽ cauſa
formalis eſt ipſa recreatio. q2 oĩbus lu
ce ſue deiformiſſime cõuerſatõis fuit
ſpeculum ꝛ exemplũ reuerſionis a tenẽ
bris ꝛ directõis ꝛ cõuerſionis ad cõtui
tum prime lucis. Et propter hoc ratõe
vtilitatis per modũ exẽpli directionis ꝛ
ꝯductõis dř ṽgo clariſſima ſtella marř.
Cõuenit aũt iſtud priuilegiũ btiſſime
virgini in ſtatu patrie. ſed ratione ſtat⁹
vie. ſicut ſtella in celo oẽs dirigit naui
gantes in pelago. Uñ nõ dicit̃ nauis

maris rõe iſtius ꝓprietatis. Nauis. n.
fluctibus cõquaſſatur ꝛ nõ dirigit ſ; di
rigitur. Scripture quoq; nõ conuẽit
iſta appellatio. Scriptura. n. dirigit:
ſtella beatiſſima virgo dirigit p exẽpla.
Item deus uel xp̃s nõ dicitur ſtella
maris. q2 eſt fons toti⁹ lucis. Uel ma
gdalena nõ dř ſtella maris. q2 non diri
git oẽs: ſed tãtũ penitẽtes. ꝛ taliter ipſa
dirigit ꝙ etiã ipſa dirigitur. Sed ſtella
nauim dirigit: ꝛ a nauı nõ dirigitur. Et
btiſſima virgo oẽs dirigit: ꝛ a nullo di
rigitur. Magd. illuminat p opera ad pe
nitentiam ꝛ ñ per opera innocẽtie. ꝛ p
opera nõ dico penitẽtis. ſed penitentie.
fuit. n. nocens ꝛ fecit opa penitentie.
Item alij illumiabant tãtum viduis
alij tm̃ cõiugatis: alij tm̃ virgibus. Sz
btiſſima virgo illuminabat oĩb⁹ ſimul
viduis cõiugatis ꝛ virgibus. Ex his
p;. ꝙ priuilegiũ ẽ btiſſime ṽgis marie:
ꝙ ipſa eſt ſtella maris.

Quod dicitur porta celi. capi. 186.

Eſtat nũc videř de priuilegio illo
ſecũdum qð dř porta celi. Cõtra
qð ſic obicitur. Edificiũ nõ ẽ ꝑfectum
ſine porta. Sed añq; btiſſima virgo fie
ret: celum habuit portam. ergo ipſa nõ
eſt porta celi. Item porta nõ intrat ſ;
per portã alij intrant. Sed btiſſima vir
go celos penetrauit. ergo ipſa ñ ẽ porta
Item queritur qualiter nos iportet.
Si per exẽplum vel ſuffragiũ: ſic qlib;
ſcũs eſt porta celi. Si per meritum. ſic
crux xp̃i eſt porta. q2 paſſio aperuit no
bis celũ. Ite; dñs iohãnis. x. Ego ſũ
hoſtium. ergo nõ dña. Item eze. xl. ꝛ
apo. xxi. iohãnes uidit. xij. portas. ergo
non dña eſt tm̃ porta. Item pñia põtat
in celum. ergo eſt porta celi. Itẽ geñ.
xxviij. Jacob dixit. Non eſt hic aliud niſi
domus dei ꝛ porta celi. Item ſi vis i
gredi ad vitã. ſerua mãdata. ergo obſer
uantia mãdatorum ẽ porta. Contra ꝓ
prietas porte ẽ importare ꝛ exportare.

Sz nec penitẽcia nec mãdata exportãt
ſed importãt tm̃. Sed btiſſima uirgo ꝛ
egredientem exportauit. ꝛ ingreſſuros
importat. ergo ipſa eſt proprie porta.
Item xp̃s importat ꝛ non exportat.
Item porta põt eſſe in hoſtio. Item i
tẽplo fuerunt due hoſtia que ſimul ape
riebantur ꝛ ſimul claudebantur. ergo
ꝛ in celo dñs ꝛ btiſſima virgo. Item
Aug. Iſta fides ſana ẽ: qua credimus
nullum hominẽ ſiue maioris ſiue mino
ris etatis liberari a contagio mortis ꝛ
obligatione peccati qð prima natura ꝯ
traxit niſi p vnum deum ꝛ hominem
mediatorem ihm xp̃m. Item idem.
Eadem fides que nos ſaluat iuſtos: ſal
uos faciebat antiquos. Item Greg.
ſuper Eze. dicit ꝙ qui preibant ꝛ qui ſe
quebantur clamabant oſanna quia om
nes electi qui in iudea eſſe poterant vř
nunc ſunt in eccleſia i mediatorem vel
ꝛ hominum crediderũt ꝛ credunt. Ex
his patet ꝙ fides mediatoris eſt que in
troducit credentes ꝛ in illum mediato
rem implicite vel explicite oportebat
credi ipſum natum de virgine: ꝛ ille ẽ
primus articulus de huiuſmodi media
tore. ꝛ ſic fides incarnati de uirgine in
quantum de uirgine omnes portat i ce
los. ergo ipſa proprie eſt porta celi.
Iuxta hoc queritur qualiter differat
porta celi ꝛ feneſtra celi. ꝛ qualiter be
atiſſima virgo dicatur vtrunq;. Ad
hoc dicimus ꝙ beatiſſima virgo pro
prie dicitur porta celi quia per ipſa; exi
uit quicqd unq; gratie creatum vel in
creatum in hunc mundum venit. Om
niũ enim bonorũ; mater ẽ ꝛ mater gra
tie ꝛ mater miſericordie. ꝛ etiam ipſa
ſapientia increata tanq; aque ductus
exiuit ab ipſa ꝛ venit in mundũ. Itẽ
per ipſam intrauit quicqd unq; boni ð
celis in terram deſcendit ꝛ econuerſo.
Unde dicit filius. Sap. 7. Uenerũt mi
hi omnia bona pariter cum illa. Unde
ipſa eſt porta templi ſpecioſa que filio

vel exeunti per ipſam fuit clauſa. Un
de Eze. 44. Porta hec clauſa erit. prin
ceps ingredietur per ipſam. Hec porta
omnibus intrare uolentibus eſt puia.
Unde ipſa eſt porta que ex omni parte
mundi tria genera hominũ uiduas cõ
iugatas uirgines apportat ꝛ importat
Eſt autem non ſolum porta in portã
do homies. ſed etiam feneſtra per quã
lux uenit in hunc mundum. ꝛ lux que
ꝛ e terra orta eſt ab ipſa procedens pe
netrauit celum. lux illuminans celum
ꝛ mundu;. Ex his patet qualiter glo
rioſa virgo eſt porta ꝛ feneſtra celi.

De cõmunicatione paſſionis. c. 187.

Poſt hec queritur de priuilegio qð
eſt communicató paſſionis. Et vi
detur primo ꝙ non fuerit ei paſſio com
municata per illð yſa. 63. Torcular cal
caui ſolus ꝛc̃. glo. Tormẽta ſol⁹. Itẽ
Glo. Judicũ. 16. Sol⁹ ſanſon ꝑcuſſis cri
nibus. Nec angelus. nec archangelus.
nec qlibet celeſtis ſpirit⁹: deniq; huma
ni generis nullus vel gentilis: uř iude
us. Solus pugnat ꝛ ſuperat. ergo nul
li eſt paſſio communicata. Item alij
omnes ſunt in ſtatu ſaluandorum ꝛ re
dimendoru;. ipſe ſolus ſaluator ꝛ re
demptor. Sed ad redemptorem tantu;
pertinet paſſio. ergo ipſe ſolus fuit paſ
ſus. Item in ymolatione Iſaac ꝛ in
omnibus alijs figuris paſſionis nuſq;
figuratur ſub participatione pluriũ. er
go ꝛ in figurato tantum debet eſſe vn⁹
paſſus pro omnibus. Item ps. Singu
lariter ſum ego donec tranſeam. Et ſic
videtur ꝙ communicatio paſſionis nõ
ſit priuilegium beatiſſime virginis. er
go non fuit paſſio communicata alicui
creature. Econtrario videtur ꝙ non
poſſit eſſe priuilegium eo ꝙ pluribus
ꝛ non ipſi ſoli fuerit communicatum.
Quod probatur per illud Job 19. Pelli
mee conſumptis carnibus adheſit os
meum. Glo. gregorij. In oſſe fortitudo

in carne corporis infirmitas deſignatᷣ
Per os chriſtus. per carnem diſcipuli
deſignantur. qui tempore paſſionis iſti
m tepuerunt. Per pellem que exterior
eſt carne: femine ſancte deſignantur.
que exterioribus domino miniſterijs ſer
uierunt. Quaſi ergo conſumptis car
nibus os domini pelli ſue adheſit. quia
fortitudo eius fugientibus a ſe diſcipu
lis iuxta ſe mulieres inuenit. ergo non
ſoli virgini tempore paſſionis commū
cata eſt paſſio vel fides etiam paſſionis
Item Johan. xix. Stabant iuxta cru
cem ieſu maria mater ⁊ ſoror matris
⁊c̄. ergo ipſa n̄ fuit ſola cōſors paſſionis
⁊c̄. Item in cruce dixit matri. Ecce
filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ec
ce mater tua. Qualiter ibi beatus Jo
hānes honoraretur tanto priuilegio vt
filius virginis daretur. vt ſibi mater
dei committeretur. ſi non fuiſſet fidelis
ſeruus ⁊ prudens cui commiſit domi
nus matrem ſuam? Si autē fidelis. er
go habuit fidem ⁊ compaſſionē. Itē
Mar. xiiij. Adoleſcens ſequebatur cuꝫ
amictus ſyndone ſuper nudo: ⁊ tenue
runt eum. At ille relicto ſyndone nudꝰ
profugit ab eis. Glo. Ab eis quorū pre
ſentiam deteſtabatur ⁊ facta: non a do
mino cuius amorem etiam abſens cor
pore ſeruauit in mente. Sed caritas nō
eſt ſine fide. ergo Johannes habuit ca
ritatem cum compaſſione. Item laza
rus nuper fuit ſuſcitatꝰ ī anima ⁊ ī cor
pore. ⁊ multa vt dicit Criſoſtomus de
penis infernalibus narrauit. Quali
ter ergo opinabile eſt ꝙ tam cito ceci
derit a fide? Item latro in cruce per
veram penitentiam placuit deo: ſed ſi
ne fide impoſſibile eſt placere deo. ergo
habuit fidem ⁊ compaſſionem. ergo nō
eſt hoc priuilegiū domine quod poteſt
etiam latroni cōuenire. Item helias
⁊ Enoch qui locuti fuerant cum domi
no in transfiguratione habuerunt etiā
fidem incarnationis ⁊ paſſionis. Itē
Johannes baptiſta in lymbo habuit fi
dem. Itē multi abſentes quibus do
minus predicauerat: vt ille de quo ipſe
dicit Mathei. viij. Non inueni tantā fi
dem in iſrael ⁊ multi alij. Item glo.
ſuper illō Mar. 14. Et cepit flere. Egre
ditur foras vt culpam negationis libe
rius lauet fletibus. Item Cornelius
fidem habuit ⁊ preſens non fuit. Et
videtur ex his ꝙ multi tempore paſſio
nis habuerunt fidem ⁊ per conſequens
compaſſionem. ⁊ ſic non poteſt poni pri
uilegium fides compaſſionis vel cōmū
catio paſſionis. Sed cōtra ſi de eo qđ
magis videtur in eſſe ⁊ non ineſt. nec
de quo minus. ſed maxime videbatur.
De mulieribus ꝙ habuerunt fidē paſ
ſionis. vt patet ſupra per glo. Gregorij
⁊ inter mulieres maxime videbatur đ
magdalena. ſed illa non habuit fidem.
tunc ergo nec aliqua aliarum. Minor
patet Johan. vigeſimo. Venit maria
magdalena ad monumentum cum ad
huc tenebre eſſent. Criſoſtomus. Quia
adhuc fuit in tenebris infidelitatis.
Item mulier quid ploras glo. Non la
crimas nudas. ſed fidem quero. Bone
lachryme ſi ieſum agnoſcas. Et infra.
Noli me tangere: nundum enim aſcen
di ad patrem meum glo. Non ꝙ nollet
tangi niſi cum aſcendiſſet: cum etiam
mulieres ⁊ alij in terra tetigiſſe legātur
⁊ non ſedentem in celo. Vult ergo ſpi
ritualiter tangi. ideſt ſic credi vt ſit eq̄
lis patri. Et quia iſta adhuc carnaliter
in eum credebat quem ſicut hominem
flebat. audit noli me tangere. ideſt ſic
in me credere. quia nundum in corde
tuo aſcendi ad patrem meum. ideſt nū
dum credis equalem patri. tunc tāges
cum me in patre deum credes. Item
quem mortuum queris. viuentem tan
gere non mereris. Ex his patet ꝙ mag
dalena de qua minime videbatur: in
paſſione domini diſcredidit. ⁊ cecidit.
ergo omnes alij. Itē Mat. vigeſimo
ſexto. Omnes vos ſcandalum patiemi
ni in hac nocte. glo. Predicit quid paſ
ſuri ſint ne poſt euentum deſperent:
ſed per penitentiam liberentur. Itē
infra. Relicto eo omnes fugierunt.
Item petrus qui expreſſiſſime fidem
proteſtatus fuit ter negauit. ergo mul
to fortius alij. Item Mar. decimoquar
to. ꝙ adoleſcēs amictus ſyndone ⁊c̄.
glo. ꝙ poteſt intelligi Johannes fuiſſe.
ergo ⁊ iohannes fugit. Item Johan.
vigeſimo. Currebant duo ſimul ⁊c̄. Et
infra. Tunc ergo introiuit ⁊ ille diſci
pulus qui venerat prius ad monumen
tum ⁊ vidit ⁊ credidit. ⁊ ſic patet ꝙ io
hannes non prius credidit. Item de
mulieribus. Bernardus. Sic vos o bo
ne mulieres cui nam queſo excubias
exhibuiſtis cui aromata comparaſtis
vnguēta paraſtis? Si ſcitis quantus
ſit quēq̄ ſit inter mortuos liber mortuus
iſte quem vos tangere vultis. vos for
ſitan poſceretis ab eo potius vos vngi.
Nempe iſte eſt quem vnxit deus oleo
leticie pre conſortibus ſuis. Beate eri
tis ſi gloriari poteritis reſpōdentes ⁊ di
cere ꝙ de plenitudine eius accepi
mus. Enimuero factum eſt ita. Nam
vncte remeant que vngere venerant
miſſe ab angelo. gloſa. Opus faciunt
euangeliſte facte apoſtole apoſtolorum
ad annunciandam mane miſericordi
am domini. Ex his patet ꝙ mulieres
omnes in paſſione diſcrediderant.
Item ꝙ beatiſſima virgo ſola in fide
permanſerit tempore paſſionis videtur
poſſe ſubtiliter inueniri. Iſa. quadrage
ſimotertio. Quum dicit. Torcular cal
caui ſolus: ⁊ de gentibus non eſt vir
mecum. Si enim voluiſſet omnes ho
mines excludere ſufficiſſet dicere. cal
caui ſolus: ⁊ ſic ſuperfluum eſſet diceᷣ
de gentibus non eſt vir mecum. Itē
ſic potius dixiſſet de gentibus nullus ē
mecum. quando vero tantum viros ex
cluſit. conſtat ꝙ aliquam feminam re
liquit quam non excluſit: que torcu
lar paſſionis ſecum ſuſtinuit ⁊ calca
uit. Item magis videbatur de mu
lieribus q̄ de viris ꝙ ſecum calcarent
quia ille ſtabant iuxta crucem. ergo
ſi noluit omnes excludere. potius de
buiſſet illas expreſſiſſe de quibus vide
batur inueniſſe magis. Item addit Am
broſius Stabat iuxta crucem non vt
dolorem filij conſideraret: ſed vt ſalu
tem humani generis expectaret. er
go ipſa ſola ſtabat ⁊ omnes alij ⁊ alie
fugierunt corde vel corpore. ergo ipſa
ſola communicauit domino ī paſſione.
fidē ⁊ cōpaſſiōe. Itē vr̄ ꝙ cōicatō paſſi
onis non debeat poni pro priuilegio:
omne enim priuilegium aliquod de
bet importare commodum illi cuius
eſt priuilegium. Iſtud autem non vi
detur importare commodum ſed tor
mentum. Item liberatio a pena eſt
ſignum ⁊ effectus dilectionis. ergo in
fligere penam non eſt ſignum dilectio
nis. ergo non eſt priuilegiū. Contra
Johan. decimooctauo. Calicem quē de
dit mihi pater ⁊c̄. Item xvij. Pater
clarifica filium tuum. Item phyl.
primo. Quibus datum eſt non ſolum
ut credatis in ipſum: ſed etiam ut pa
tiamini pro ipſo. Item ad hebreos
xij. Flagellat deus omnē filium quē
recipit ⁊c̄. Item Jac. i. Omne gaudi
um exiſtimate fratres mei: cum in tē
ptationes varias incideritis. Item
Actu. 5. Ibant apoſtoli gaudentes a cō
ſpectu concilij: quoniam digni habiti
ſunt pro nomine iħu contumeliā pati.
Ex his oībus manifeſtū eſt ꝙ cōmuni
catio paſſionis eſt priuilegiū. Itē ꝙ
paſſionē ſuſtinuerit beatiſſima virgo

patet per Dam̄·qui dicit · Qȯ dolores
quos effugit pariens: in xp̄i paſſione ſu
ſtinuit · Item luc·ij · Et tuam ipſius
animā pertrāſibit gladi⁹. Itē yſa·vi.
Añq̄ parturiret pepit · ⁊ antequā veni
ret partus eius pepit maſculū · Ex hoc
ſequitur ꝙ aliquādo pepit ſine parturi
tione ⁊ ſine dolore · Et poſtmodum ſeq
tur ibidem · Nunquid parturiret terra
vno die · an parturiret omnem gentem
ſimul quia parturiuit ⁊ peperit · ergo
aliquādo peperit gentē ſimul ⁊ cu; par
turitione ⁊ dolore: primo ergo pepit fili
um ſuum primogenitū ſine dolore i ſua
natiuitate: poſtea peperit gentem ſimł
in filij paſſione · vbi facta fuit ei in ad
iutoriū ſimile ſibi vnde ipſa mater mi
ſericordie patrem miſericordiarum in
ſummo opere miſericordie adiuuit: ⁊
vna ſecum omnes homines regenera
uit · Et hec regeneratio cu; ſūmo dolo
re vtriuſq; fuit · Unde glo·ibidem poſt
Multo labore in fide genuit · Ex his p;
ꝙ pater miſericordiarum ſoli matri mi
ſericordie opus ſūme miſicordie·i· paſ
ſionem communicauit.

Utrū in paſſione habuit ſūmum gaudi
um ⁊ dolorem·ca·128.

Ueritur iuxta hoc an ſicut domi
n⁹ in paſſione ſimul habuit ſum
mū gaudium ⁊ ſūmum dolorem · ita be
atiſſima virgo ſimul habuerit utrūq; .
Et videtur ꝙ ſic · In ipſo enim fuit
utrūq; · Si eni cōmunicaſſet matri al
terum tātum non fuiſſet equum cōſor
tium · Item dolor non eſt meritorius
ſine dilectione · Apl's·i·cor·13· Si tradi
dero corpus meum ita ut ardeam · cari
tatem autem non habeam: nihil mihi
prodeſt · Sed impoſſibile eſt dilectionē
eſſe ſine delectatione · ergo ſimul habu
it dolorem ⁊ delectationē · ergo ⁊ ſum
mū dolorem habere potuit cum ſūma
delectatione · Item ꝙ ibi fuit ſūmus
dolor ꝓbatur · Omnis dolor eſt ex amo
re: amor autem triplex ē·ſ·nālis · acqſi
tus · ⁊ gratuitus · Nālis in ſūmo fuit ibi
quia quāto natura nobilior tāto nobi
liores habet affectiones ⁊ opationes ·
Sed ipſa habuit ſūme nobilem amorē
naturalē · Item acquiſitus in ſummo ·
Omnes eni cauſe accidentales que in
ducunt matrem ad diligendum filium
ſuum hic fuerunt in ſūmo · Nūq̄ eni; fi
lius alius matre; ſuā tantū dilexit ⁊ tā
tum honorauit vel tm̄ dedit vel pro ip
ſa ſuſtinuit ⁊ ſic de ſingulis cauſis acci
dentalibus dilectionis · ergo amor ibi
acquiſitus in ſūmo fuit · Item gratuit⁹
ibi in ſummo fuit: ꝙ nunquā; alia mr
vel alia creatura tantam caritate; ha
buit · ut ſupra patuit · Et ſic beatiſſima
virgo ad filium ſuū in ſummo habuit
amorem naturalem acquiſitum ⁊ gra
tuitum · ergo ſi iſti tres habitus amoriſ
ſimul eliciant vnū motum amoris i ſū
mo illa erit intenſiſſima dilectio: ⁊ do
lor illi reſidens erit dolor in ſūmo · Sed
tam naturalis q̄ acquiſita q̄ infuſa di
lectio reſpectu illius ita eſt intenſa ſi
cut reſpectu vite delectatio · ergo natu
ralis acquiſitus ⁊ infuſus amor diligit
vitam in dilecto · ergo ⁊ de morte dile
cti dolet in ſūmo · ergo cum btiſſima v̓
go reſpectu filij ſui habuerit omnifari
am dilectionē in ſūmo: conſtat ꝙ ꝺ̓ mor
te ipſius habuit omnifariū dolorem in
ſūmo. Item ꝙ fuerit ibi gaudiū ſiue
delectatio in ſummo · ſic probatur · Di
lectio gaudet de bono dilecti: ⁊ ꝺ̓ maio
ri bono dilecti magis gaudet · ergo de
bono dilecti in ſūmo · gaudet in ſūmo:
Sed ſi caritas eſt dilectō dī ⁊ proximi:
caritas in ſūmo gaudet in ſummo · S;
ſummus honor dei ⁊ proximi vtilitas
fuit in paſſione ⁊ per paſſione; i ſūmo:
⁊ beatiſſima virgo habuit caritatem i
ſummo · ergo tunc gaudebat in ſummo
ergo ſimul habuit dolorem ⁊ gaudiu; i
ſummo. Item ex dilectione eſt cōpaſ
ſio · ergo vbi iproportionabilis dilectio
ibi improportionabilis compaſſio · ergo
vbi videtur dilectio in ſummo ⁊ cōpaſ
ſio in ſummo. Ite; maius eſt gaudiū
angeloru; quod habent de vnius pecca
toris conuerſione q̄ aliquod gaudium
hui⁹ vite · ergo ex equali vel maiori ca
ritate improportionabiliter erit maius
gaudium de omniu; peccatorum cōuer
ſione q̄ aliquod gaudium huius vite ·
Itē angeli de paſſione domini habue
runt delectatōnem ⁊ nō compaſſionē ·
aliqui mali compaſſionem ⁊ non delec
tationem · ergo ipſa debuit vtrunq; ha
bere. Item beata virgo communica
uit recreationi · ſed recreatio fuit ꝑ paſ
ſionem · ergo ⁊ paſſio fuit ei commūica
ta. Item Ber · Longe ea; plus q̄ ma
trem cenſemus ⁊c̄ · vt ſupra. Contra
hoc obicitur in hunc modum · Sūmus
dolor ⁊ ſummum gaudium opponūtur
ergo non ſunt ſimul in eodem · Si dica
tur · ꝙ dolor de morte filij ⁊ gaudium
de ſalute generis humani non opponū
tur · Tūc ad hoc obicitur ꝙ motus ma
iores impediunt minores · ergo videtur
impoſſibile ꝙ quādo anima tota quaſi
abſorbetur dolore · tunc i ſummo tripu
diet ⁊ exultet in amore ⁊ delectatione ·
Item in dolore anima cōuertitur ſu
per malum in quantu; malū · i gaudio
ſuper bonum i quantū bonum · S; im
poſſibile eſt anima; conuerti ſimul ſuꝑ
diuerſa tanq̄ terminos · ergo impoſſibi
le eſt animam ſimul gaudere ⁊ dolere ·

De gaudijs beatiſſime virginis q̄ hūit
in paſſiōe · ⁊ de cōparatōe eo; · ca·198.

Oſtēſ probatu; ē ꝙ beatiſſima vir
go ſummū gaudium habuit in paſ
ſione filij · queritur de comparatiōe hu
ius gaudij quod habuit in paſſione ad
alia gaudia ſua: quando · ſcilic; maxiu;
habuit gaudium. Et videtur primo
ꝙ in filij ſui conceptione hac ratione ·
Ex bono eſt gaudium · Job tertio · Qua
ſi effodientes theſauru; · gaudentq; ve
hementer cu; inuenerint ſepulchrum ·
ergo ex ſummo bono ſummum gaudiū
Sed in conceptione accepit ſummum
gaudium · cum enim deus pater filium
ſuum dedit quomodo non cum illo om
nia nobis donauit: ergo tunc ſummum
gaudium habuit. Item tunc tantum
legitur cantaſſe canticum exultatiōis ·
luce primo · Magnificat anima mea do
minum ⁊c̄ · ergo tunc maxime videtur
gauiſa fuiſſe. Ite; ablatio ve eſt cau
ſa leticie: ſed tunc vt dictum eſt ſupra
ablatum fuit ei omne ve · ergo tunc ſū
mam habuit cauſam leticie. Item no
uitas ē cauſa gaudij · luc · decimoquito ·
Fili tu ſemper mecum es ⁊c̄ · Epulari
⁊c̄ · Ergo videtur a ſimili ꝙ beatiſſima
virgo in nouitate conceptionis maxiu;
effectum gaudij habuit. Ite; tunc cū
ſummo conferibili dono accepit cauſā
⁊ meritum ad omnia dona neceſſario
conferenda · ergo tunc ſummā habuit
cauſam gaudij · ergo ⁊ ſummū effectu;
gaudij. Econuerſo aute; videtur ꝙ
in natiuitate filij maius habuit gaudiū
hac ratione · Si natiuitas vel genera
tio fuerit perfectior · erit cauſa perfec
tioris ⁊ plenioris gaudij · Sed perfecti
or ⁊ plenior eſt natiuitas ⁊ generatio
ex vtero q̄ in vtero · ergo perfectius ⁊
plenius: ⁊ maius fuit gaudiu; natiuita
tis q̄ conceptionis. Ite; illa die dixit
angelus luce ſecundo · Euangelizo vo
bis gaudium magnū quia natus eſt no
bis hodie ſaluator · Si ergo natiuitas
ſaluatōis cauſa eſt gaudij · ergo illi qui
habet improportionabiliter propinquio
re; comparatione; ad ſaluatore; q̄ oēs
alij erit improportionabiliter maior cā
gaudij · Hec aute; eſt mater ſaluatoris
ergo illa die ſummu; habuit gaudiu; ·
Ite; Johan · xvi · Mulier cu; parit tri
ſticia; habet · quia venit hora eius · cu;
aute; peperit pueru; iam non meminit
preſſure propter gaudiu; · quia natus ē

homo in mundu;. Ite; de iohanne.
luce p̄io. Et multi in natiuitate eius
gaudebūt. ergo maius videtur gaudiu;
pertinere ad natiuitatē q̄ ad conceptio
nem. Item in cōceptione ipſam dele
ctationē tantum videbat viſu intelle
ctuali. in natiuitate vero ⁊ ſenſuali ⁊
intellectuali: ergo tunc tantum reficie
batur intellectus: nunc autem intellec
tus ⁊ ſenſus. ergo tunc tantu; gaudiū
fuit. nūc aute; leticia ⁊ exultatio. ergo
maius gaudium. Item ſimilius fuit
gaudio patrie vbi oculus corporis refi
citur in domini humanitate: ⁊ oculus
cordis in ipſius diuinitate. Sed meliori
⁊ honorabiliori ſimilius ē melius ⁊ ho
norabilius. ergo nobilius fuit gaudiu;
natiuitatis q̄ conceptionis. Item bo
num additum bono maius facit bonū.
ergo magis dilectionem. ergo maiore;
delectationem. Sed conceptio ē bonū:
partus eſt bonum. ergo bonu; duplica
tum duplicat delectationem. ergo gau
dium quod fuit in conceptione: duplica
tum fuit in natiuitate. Itē p̄ius gau
debat ſe virginem concepiſſe. poſt gau
debat ſe virginem concepiſſe ⁊ virgīe;
peperiſſe: ⁊ virginem lactare. ergo mo
do maximum habuit gaudium. Econ
tra autem videtur q̄ mai9 habuit gau
dium in filij paſſione. quia vt dictum
eſt ſupra. ipſa nunqua; d̄ aliquo gauiſa
fuit tantu; quantu; de honore dei ⁊ ſa
lute proximi. ſed vtrunq; fuit in paſſio
ne in ſummo. ergo tunc habuit gaudiū
in ſummo. Itē caritas gaudet de bo
no dilecti. Triplex autem eſt bonu;. ho
neſtum. vtile. delectabile. ⁊ quodlibet
iſtoru; in paſſione domini: reſpectu ſui
fuit in ſūmo. Unde ipſe appellat paſ
ſionem ſuam claritatem dicens. Iohā.
xvij. clarifica me pater: propter honorē
ſcilicet quem ſummu; habuit per paſſi
onem: propter quā deus exaltauit illū:
⁊ dedit illi nomen quod eſt ſuper omne
nomen. Appellat etiam eam cibu; ⁊
potum propter delectationem quam in
ſummo effectu tunc habuit. Nunquam
enim in aliquo creato tantum delecta
tus fuit quantum in redemptione gene
ris humani per paſſionē. Appellat ēt
eam donum dicens. Calicem quem de
dit mihi pater propter ſuum lucrum:
quod mediante paſſiōe acquiſiuit. per
quam omnia ad ſe traxit. Sic ergo q̄d
libet genus boni ipſius dilecti in paſſio
ne fuit in ſummo. ergo ⁊ in diligente.
tunc ſumma fuit delectatio. Ite; mo
tiuum affectus ⁊ generatiuum delecta
tionis non eſt niſi bonum. bonum autē
aliud creatum: aliud increatum. ergo
ſi vtrunq; in ſummo mouebat affectu;
recte diſpoſitum: vtrunq; cauſabat de
lectationem in ſummo. Bonum autem
increatum ſemper eſt in ſummo in ſe.
ſed non ſemper in ſummo in oſtenſione
⁊ exhibitione. ipſo teſtante. cū ait Io.
xv. Maiorem hac dilectione; nemo h;
⁊c̄. Item ſummus effectus boni eſt
redemptio generis humani. ergo ſum
mum bonum increatum. ⁊ ſummu; bo
num creatum. in paſſione ſimul moue
bant affectum beatiſſime virginis opti
me diſpoſitum. ergo tunc habuit ſūmū
gaudium. Ite; in conceptiōe fuit mr̄
dei ⁊ homis in vtero: in natiuitate fuit
mater dei ⁊ hominis ex vtero: in paſſio
ne v̄o mater dei ⁊ hominis redempto
ris. Unde que prius fuit mater creato
ris. modo ē ⁊ mater redemptoris. ergo
duplicatum eſt bonum ⁊ donum. ergo
⁊ gaudium. Item in conceptione ⁊ ī
natiuitate facta fuit mater tantu; vni9
dei ⁊ homis. in paſſiōe vero facta fuit
mater omnium hominū. ergo tūc mul
tiplicatum ⁊ maius habuit gaudium.
Item finis melior ⁊ nobilior eſt his
que ſunt ad finem. ergo quod fini p̄o
pinquius eſt melius ⁊ nobilius eſt.
Sed conceptio eſt propter natiuitate;.
natiuitas propter paſſionem: paſſio pro
pter redemptionem. ergo paſſio fini p̄
p̄inquior. ergo melior. ergo maius de
lectamentum. ergo tunc maius gaudi
um. Quod autem in reſurrectione fi
lij maximum habuit gaudium videtur
quoniam effectus dilectionis eſt flere
cum flente. ⁊ gaudere cum gaudente.
iuxta illud Iohan. 14. Si diligeretis me
gauderetis vtiq; ⁊c̄. S; dominus ſum
mum habuit gaudium in reſurrectione:
quando gaudebat anima cum corpore
⁊ deitate. ergo ⁊ domina noſtra debuit
tunc gaudere in ſummo. Item Apo
ſtolus Ro. iiij. Quod mortuus eſt p̄pter
delicta noſtra ⁊ reſurrexit p̄pter iuſti
ficationem noſtra;. ergo ⁊ ex parte no
ſtri reſurrectio propinquior fuit fini. er
go maior cauſa gaudij. Item tūc ſpe
cialiter etiam vtitur hac exultatione.
Hec eſt dies quam fecit dominus exulte
mus ⁊ letemur in ea. Item in feſto il
lo plus cantat eccleſia alleluia q̄ ī alio
feſto. ergo videtur q̄ cant9 illius feſti
maxime ſit cauſa gaudij. Item reſur
rectio xp̄i eſt cauſa ⁊ exemplar illi9 vi
te in qua ſumma ē exultatio. ergo illud
feſtum propinquiſſimū eſt ſummo gau
dio. ergo tunc debet eſſe in hac vita ſū
mum gaudium. Ite; beata virgo pl9
dilexit filium q̄ totum mundum. ergo
plus gauiſa fuit de bono filij q̄ totius
mundi. Sed bonum mundi ⁊ pena xp̄i
fuit in paſſione: bonum autem chriſti.
ſcilicet liberatio ab omni pena fuit in
reſurrectione. ergo plus fuit gauiſa de
reſurrectione q̄ d̄ paſſione. Uidetur
autem q̄ maximum gaudium habuit ī
aſcenſione chriſti. Tunc enim filius dei
primo videtur habuiſſe feſtum perfec
tum ⁊ gaudium: tunc enim primo ī re
portatione in humeris ſuis conuocat ami
cos dicens. Congratulamini ⁊ congau
dete mihi. luc. xv. ⁊c̄. Item tūc pater
primo filio prodigo fecit feſtum cū ami
cis ſuis. luc. xv. Item tūc p̄io rediit
de exilio in pallatium. Ite; tunc p̄io
ianua aperta eſt ⁊ homo introductus.
Item tunc primo redemptio comple
ta eſt. ⁊ ruina iam in parte reſtaurata
eſt. Item tunc primo maxim9 honor
filio ⁊ matri exhibitus eſt. quādo caro
ſua ſuper angelos exaltata eſt. Ite;
tunc primo quantum ad manifeſtatōe;
datum eſt ei nomen quod eſt ſuper om
ne nomen. Cum igitur in aſcenſione fu
erit completiſſimus effectus boni ⁊ p̄
pinquiſſimus fini. videtur q̄ tunc ma
ximum gaudium habuerit beatiſſima
virgo. Adhuc autem videtur magis
his omnibus q̄ habuit maximum gau
dium in ſui ipſius aſſumptiōe. tunc eni
perfecte habuit gaudium fruitionis:
ante non. Item illud gaudiū nullam
compatitur ſecum triſticiam vel penā
ſicut omnia predicta. ergo videtur ma
ius omnibus illis. Item illud ſecūdū
ſtatum patrie: alia ſecundū ſtatu; vie.
caminus autem in ieruſalē eſt ignicul9
in ſyon. yſa. 31. Item maius eſt eſſe
beatum q̄ eſſe matrem dei ſi alterum
ſepararetur ab altero. ergo beatiſſima
virgo maius accepit in ſua aſſumptiōe
gaudiū q̄ in filij natiuitate. ergo maius
gaudium habuit tunc q̄ ante. Cōtra
hec omnia. Et primo de gaudio concep
tionis obicitur in hunc modu;. quo da
to datur reliquum ⁊ non conuertitur:
maius ē illo. Sed dato q̄ ſit mater dei
datur beatitudo fruitionis ⁊ non econ
trario. ergo gaudium conceptionis ma
ius eſt gaudio fruitionis. ergo eſt mai9
omnibus aliis. quia quicquid eſt maius
maiore maius eſt ⁊ minore. Ad hec
ſoluenda dicimus q̄ hoc priuilegium
quod dicit̄ cōmunicatio paſſionis duo
importat. ſ. fidem crucifixi dei ⁊ homi
nis. ⁊ per ſe paſſionem ex compaſſione
patientis. Et fuit quadruplex diuerſi
tas reſpectu dominice paſſionis. Qui
dam nec habebant fidem nec com
paſſionem ſicut infideles, inſultantes

blaſphemantes. ⁊ illudētes. ⁊ demones
Quidam compaſſionem ſed non fidē:
ut apoſtoli ⁊ mulieres ille quibus dic-
tum eſt. lu. 24. Filie ihr'm nolite flere
ſuper me ⁊c. Quidam fidem ſiue cogni
tionem: ſed non compaſſionem ut ange
li ⁊ alij extra ſtatum vie poſiti ⁊ latro
qui fidem ⁊ non compaſſionem per ſe.
⁊ hoc circumdatus propria paſſiōe. So
la autē beatiſſima virgo tunc habuit ⁊
fidem crucifixi dei ⁊ hominis. ⁊ per ſe
paſſionem ex compaſſione patientis. ⁊
ſic ſola fuit cui datum fuit hoc priuile
gium. ſ. cōmunicatio paſſionis: cui fili⁹
ut dare poſſet premiū; voluit commu
nicare meritum paſſionis. ⁊ ut ipſam
participem faceret beneficij redem
ptionis. quatenus ſicut fuit adiutrix re
demptoris per compaſſionē; ita fieret
mater omniū per creationē. ⁊ ſicut to
tus mundus obligatur deo per ſuā paſ
ſionem: ita ⁊ domine omnium per com
paſſionē. Contra hec obiecta per obie
cta in contrarium ſunt ſoluta. Conce
dimus enim ꝙ ſicut dominus ſimul ha
buit ſūmum gaudium ⁊ ſummū dolo
rem: ſic ⁊ domina noſtra habuit ſimul
ſūmam compaſſionem ⁊ congratulatio
nem compaſſione exiſtente in natura ſi
mul ⁊ in ratione ut natura: congratu-
latione autē exiſtente in ratione ut ra
tione. Et intelligantur hec verba ſicut
in materia dominice paſſionis. Uel di
catur ꝙ ſummū triſtabile in tali gene
re eſt accipere dupliciter. Uno modo ut
contrarium ſumme appetitui: ⁊ ſic in-
fert ſūmum dolorem. Aliomodo prout
eſt via ⁊ medium ad ſūmum delectabi
